

70 Quinto, quia Executores juxta arbitrium sibi planè collatum à testatore declarant factio ipso fructus prædicti legati etiam quorundam perfolvendos fratibus dicti Conventus ad hoc ut Missas celebrarent. A qua quidem declaratione non licet eis amodo rescire, leg. 1. §. Stichum ff. de legib. stat. lib. 1. §. 1. ff. de legat. 2. & l. apud Anfimum 1. l. ff. de oper. lib. In quibus jurebus apparer habentem ex ultima voluntate electionem, ubi femel elegerit, aut declaraverit voluntatem suam, amplius variare non potest; & hoc tenent ibi communitè glossæ, & DD. maxime Bart. ut testatur Abb. conf. 11. Tria sunt n. 4. vers. Venio ad tertium dubium lib. 2. præsertim re non integra, & post jus Ecclesie acquisitum ex applicatione Apostolica cap. Publicato & cap. Cum inter, de elec. & c. Si commissarius eod. tit. lib. 6. cum aliis adductis per Abb. sic cit.

71 Sexto, Fratres ejusdem Conventus multò ante erectionem beneficii solemniter renunciarunt omnibus legatis annuis & nominatim huic particulari legato, de quo agitur. Quod similiter ostendit idem legatum fuisse illis relictum, cum repudiare quis non possit quod habere non potest, ut dicit text. in l. Qui potest, §. Quod quis ff. de regul. jur. gloss. 5. in cap. 3. de decim. Ratio est, quia repudiatio est quando privato, quæ præsupponit habitum, Dec. in d. §. Quod quis num. 1.

Ultimo cessat omnis difficultas ex observantia subsecuta ad l. Si de interpretatione, ff. de legib. & cap. Cùm dilectus de consuetud. quia ab anno 1615. usque ad annum 1629. quo beneficium fuit erectum & sic etiam post renuntiationem, ut supra factam fratres ipsi semper exegerunt fructus d. legati, hæredibus & executoribus, contententibus, Consuetudo autem interpretativa non oportet ut sit præscripta, Put. decis. 183. lib. 1. sed sufficiunt decem anni Bart. in l. Labor n. 6. ff. de supplicat. legat.

Non obstat, quod Angel. d. cons. 224. incip. Casus est. Jacobus de Ubercellis, ex facto consulerit relictum possessionem immobilium pro dote unius Altaris construendi in Ecclesia FF. Eremitarum non cenferi factum fratibus, neque Ecclesie FF. Eremitarum; quia cùm de jure Fratres prædicti tanquam mendicantes sint incapaces similibus bonorum, ut cap. ante. in fin. de relig. domib. lib. 6. & cap.

Religiosus de testam. eod. lib. testator non censetur de eia cogitasse, ne videatur elegisse viam ad impugnandum iudicium suum, sed censetur cogitasse de Prebiteris secularibus, qui capaces sunt & de assensu Fratrum possunt altari deservire. Idobque relictum intelligitur factum Deo immortalis representando per Presbiteros & Clericos seculares inibi deservientes, ut l. Si nondum C. de sur. l. 4. in princ. ff. ad l. Jul. pecul. & l. Statuta in gloss. ff. de usufruct. Ac proinde Capitulum & Conventum Eremitarum instruere posse ministros & servientes dicto altari, non ex seipsis propter incapacitatem, sed ex Clero seculari, qui temporalium sunt capaces. Id inquam non obstat. Tum quia contrarium solidioribus fundamentis tenerunt Joan. de Lignano Baldus & Anchar. supra citati num. 65. & 67. Nec contrarium est differentia an legatum fuerit factum Ecclesie, vel Capelle, arg. cap. 1. & 213. dist. cap. Cognovimus 12. qu. 2. cap. Si quis Episcopus 2. qu. 7. l. An pars ff. pro delict. & l. Quæ de tota ff. de rei vendicat. Uroque enim casu legatum postest dici relictum Deo immortalis per ministros representando, & de Ecclesia; seu templo loquitur text. quem Angel. allegat in d. l. Si nondum C. de sur. Et nihilominus relictum Ecclesie censetur relictum Fratibus & ipsamet Angel. facitur. Ergo & relictum capelle. Tum quia illa ratio ne testator videatur elegisse viam ad impugnandum suum iudicium, hoc casu in oppositum retorquetur, cùm fratres Mendicantes non admittant, ut eorum Ecclesie & capellis perpetuò deserviantur à Sacerdotibus secularibus, ut dictum est supra, numer. 69. Tum denique quia in hoc speciali casu testator non disposuit præcisè, ut institueretur Capellania in Ecclesia FF. Minorum, sed tribuit liberam facultatem executoribus præscribendi modum celebrationis Missarum, sive per viam Capellaniz, sive aliter prout concordarent cum Fratibus, Executores autem non elegerunt viam Capellaniz, sed convenerunt ut Fratres ipsi annuos redditus perciperent & Missas celebrarent quemadmodum reipsa observantur usque ad erectionem beneficii. Cui quidem observantia potissimum innixa sancta Congregatio existimavit hoc legatum ipsimet Fratibus fuisse relictum. Unde ex facto ipso satis superque liquet Angeli responsum ad hunc casum non pertinere.

# DE TESTAMENTIS.

Alexander III. Hostiensem. Episcopo.

## CAPUT X.

Cum esses in nostra præsentia constitutus, proposuisti talem in tuo Episcopatu consuetudinem obtinere, quod testamenta, quæ fiunt in ultima voluntate, penitus rescinduntur, nisi cum scriptio septem, vel quinque testium fiant, secundum quod leges humanæ decernunt. Quia verò à divina lege, & sanctorum Patrum institutis, & à generali Ecclesie consuetudine, id esse noscitur alienum, cùm scriptum sit, In ore duorum vel trium testium stet omne verbum, præscriptam consuetudinem improbamus, & testamenta, quæ Parochiani coram Presbitero suo, & tribus vel duabus aliis personis idoneis, in extrema fecerint voluntate, firma decernimus permanere, sub interminatione anathematis prohibentes, ne quis hujusmodi audeat rescindere testamenta.

## SUMMARIUM.

- 1 Testamentum quod Parochianus facit coram Presbitero suo & duobus testibus, valet, nec tenet consuetudo contraria.
- 2 Testamentum etiam ad non pias causas conditum coram Parocho & duobus testibus, valet, nedum in foro Canonico, sed etiam in foro civili, contraria consuetudine non obstant, & n. 40.
- 3 Testamentum sive in scriptis, sive nuncupativum de jure civili requirit septem testes, & n. 159.
- 4 Et hic numerus non tantum est de forma probatoria, sed etiam de forma substantiali.
- 5 Et si unus deficiat, testamentum corrumpit, n. 37.
- 6 Codicilli non veniunt appellatione testamenti, nisi largi, & improprie.
- 7 In testamento ruri condito sufficiunt quinque testes.
- 8 Sive fiat in scriptis, sive per nuncupationem.

- 8 Testamentum tempore pestis an fieri possit cum quinque testibus, remissum.
- 9 Testamentum solemne requirit testium subscriptionem.
- 10 Nuncupativum, sed.
- 11 Papa potest abrogare leges Imperatoris fontes peccatum.
- 12 Papa ratione peccati omnis anima subiecta est, & num. 49. & 133. & seqq.
- 13 Papa ubi peccatum non imminet, non potest infringere leges humanas, quoad forum civile in locis ubi jurisdictionem temporalem non habet.
- 14 Sed in suo foro potest tollere Legem Civilem etiam in locis Imperio subiectis.
- 15 Testamentum de Jure Canonico non requirit, ut testes sint rogati.
- 16 Contrarium num. 17. & seqq. usque ad n. 23.
- 17 Et quid in testamento ad pias causas, n. 23.
- 18 Dicitur, coram, id est presentibus & intelligentibus & num. 20.
- 19 Inter Jus Civile & Canonicum discrepantia non est inducenda, ubi Jus Civile non reperitur expressè immutatum per Jus Canonicum; & Lex Civilis servari debet etiam in foro Ecclesie.
- 20 Testes in testamento tam in scriptis quam nuncupative debent esse rogati.
- 21 Parochus non sufficit ut Matrimonio intersit, nisi etiam sit adhibitus à contrahentibus.
- 22 Adhibitus idem importat quod rogatus.
- 23 Testes in actibus humanis, regulariter non requiruntur, ut sint rogati.
- 24 Testamentum de Jure Canonico coram duobus vel tribus testibus non valet, nisi etiam adhibetur proprius Parochus testatoris.
- 25 Fides magis adhibetur indigenis ignotis, quàm extraneis notis.
- 26 Parochus dicitur pater spiritualis omnium suorum Parochianorum.
- 27 Nec est verisimile, ut consentiat falsitati & numer. 44. & 57.
- 28 Parochus in testamento acquipollet quinque testibus.
- 29 Contrarium.
- 30 Testes duo idonei presentur unico quantacumque sit dignitas & num. 59.
- 31 Parochus est testis autorizabilis, de quo Canones multum confidunt, & num. 44.
- 32 Testes duo in testamento adhibendi de Jure Canonico debent esse idonei, id est in aliquo non suspecti.
- 33 Testes idonei in testamento de jure civili dicuntur masculi, puberes & liberi.
- 34 Mulier & servus an de Jure Canonico possint esse testes in testamento.
- 35 Quid in testamento ad pias causas.
- 36 Et quid in testamento ad non pias causas.
- 37 Lectura prima quod hoc e. locum habeat solummodo in testamentis ad pias causas sicut o. sequent.
- 38 Refellitur.
- 39 Lectura secunda quod hoc cap. procedat in testamentis ad non pias causas, tam in terris Ecclesie, quàm Imperii & in utroque foro.
- 40 Approbatur & num. 113. usque ad n. 157.
- 41 Veritas Deus est, & in omnibus prævalet & num. 47.
- 42 Subtilitas quæ veritatem lædit, per Judicem non est recipienda.
- 43 Papa autoritas ubi agitur de materia peccati non circumscriptur limitibus alicujus territorii & num. 49. & 133. & seqq.
- 44 Lectura tertia, quod hoc cap. servari debeat in terris Ecclesie in utroque foro in terris autem Imperii servetur jus civile.
- 45 Refellitur num. 49.
- 46 Veritas prævalet solemnitati & n. 141. vers. Ac demum.
- 47 Legiste militat in foro Justiniani secundum Leges & Canonice in foro B. Petri.
- 48 Lex humana contradicens Divina non est servanda, sed Lex Divina servari debet etiam in foro civili & num. 115. 121. & 133. & seqq.
- 49 Lectura quarta quod hoc cap. sit servandum in foro Ecclesie, Lex autem civilis in foro seculari.
- 50 Refellitur.
- 51 Lectura quinta quod per hoc cap. valet testamentum ad non pias causas conditum coram duobus testibus, etiam sine Parocho.
- 52 Refellitur num. 55.
- 53 Leges civiles requirunt numerum septem vel octo testium per hoc cap. non corriguntur, sed declarantur irritabiles & n. 141.
- 54 Testamentum de quo certitudinaliter constat per duos testes omni exceptione majorè mandari debet executioni saltem per vocem denunciationis Evangelicæ ad peccatum vitandum.
- 55 Contrarium, n. 59. 60. & 62.
- 56 Testes duo quando sufficiant & quando tres requirantur & quales esse debeant, ad Ecclesiam pertinet determinare neque hoc legi Divina adversatur & n. 146.
- 57 Parochus & duo testes idonei in testamento adhibiti excludunt omnem falsitatis suspicionem.
- 58 Testamentum ad non pias causas coram tribus testibus sine Presbitero Parochiali non valet.
- 59 Valet tamen si quatuor testes sint adhibiti.
- 60 Veritas debet esse condita sine sacrasam Constitutionum nec esse peccatum illas sequi nuda veritate relicta, & num. 102.
- 61 Contrarium, n. 137. & 141.
- 62 Veritas legum adminicula desiderat.
- 63 Lectura sexta quod hoc e. loquitur tantum de testamentis quæ fiunt in mortis articulo.
- 64 Refellitur, n. 68.
- 65 Testamentum militare non solum requirit militiam, sed etiam ut miles sit in conflictu belli & num. 70.
- 66 Intellectus leg. 1. C. de Sacros. Ecclesie.
- 67 Testamentum ad pias causas conditum in mortis articulo coram duobus testibus non valet; si testator reconvalscat, & n. seqq.
- 68 Contrarium, n. 71.
- 69 Decedens verum quid importet, n. 66. & n. 71.
- 70 Donatio causa mortis facta revocatur secuta reconvalscencia.
- 71 Mortis cogitatione mens turbata alienatur.
- 72 Testamentum quovis tempore fiat, dicitur factum tempore mortis.
- 73 Lectura septima quod hoc cap. & cap. seq. non loquantur in testamentis, sed in legatis & fideicommissis.
- 74 Refellitur.
- 75 Instructio hæredis est caput & fundamentum totius testamenti.
- 76 Lectura octava quod testamentum conditum secundum formam hujus cap. valeat in foro animæ tantum.
- 77 Refellitur.
- 78 Testamentum cæci ad non pias causas conditum coram Parocho & duobus testibus an valeat latissime in utraque parte discutitur, à num. 87. usque ad num. 157. Referuntur fundamenta opinionis negativæ, à num. 87. usque ad n. 113.
- 79 Item fundamenta opinionis affirmativa à d. n. 113. usque ad n. 141.
- 80 Solvantur objecta à d. n. 141. usque ad n. 157.
- 81 Cæcus de jure civili quam formam servare debeat in suo testamento.
- 82 Quamvis testamentum cæci signetur à testibus, non est nuncupativum.
- 83 Non requirit, ut sigilla testium apponantur in cordulis sicut requirit testamentum in scriptis.
- 84 Et an institutio hæredis fieri debeat ante legata.
- 85 Cæci testamentum non servata forma, l. Hac consultiissima, C. qui testam. fac. pol. de jure civili non valet, & n. 96.
- 86 Et quid in codicillis.
- 87 Et quid in donatione causa mortis.
- 88 Donatio causa mortis non est mera ultima voluntas & prout in esse deducitur, æquiparatur contractui.
- 89 Cæcus potest contrahere & donare, inter vivos sicut quilibet alius.
- 90 Lex generalis posterior non tollit legem specialiter loquentem, sed potius distinguitur & limitatur per legem antiquam & n. 110.
- 91 Declaratur, n. 141.
- 92 Cæcus non potest testari inter liberos nisi servata forma l. Hac consultiissima, C. qui testam. fac. pol.
- 93 Contrarium, n. 154.
- 94 Species derogat generi.
- 95 Lex generalis non corrigit legem præcedentem habentem specialem rationem.
- 96 Declaratur, n. 141. & seqq.
- 97 Lex generalis nunquam corrigit legem specialem quando invicem comparantur.
- 98 Lex civilis non contraria Canonis servari debet etiam in foro Ecclesie.
- 99 Testandi facultas generaliter concessa non comprehendit personas alioquin inhabiles.
- 100 Declaratur, n. 142.
- 101 Pupillus etiam pubertati proximus, nec ad pias causas testari potest.
- 102 Cæcus de jure communi est inhabilis ad testandum, nisi servata forma, l. Hac consultiissima, C. qui testam. fac. pol.
- 103 Solemnitati legali non detrahatur, nisi quotiens invenitur expressum.

Canonice quod jus naturale imitatur, in testamento poterit esse testis secundum Petr. de Anchor. hic num. 6. & Joan. de Anan. n. 8. de de femina Angel. conf. 233. Prochus est, num. 5. vers. Differentia autem de hoc dicit esse communem opinionem Paril. conf. 51. Testamentum conditum n. 16. lib. 3. & Crot. de testib. in 1. part. n. 10. prout illud refert Covarr. in relit. hujus cap. n. 14.

35 Sed tu adverte, quia si agatur de testamento ad pias causas, predicta opinio procedit absque difficultate, ut per Bald. in l. 1. n. 9. C. de sacros. Ecclies. & ita communiter tenetur, ut dicitur Guill. de Bened. in repet. c. Rainutus in 1. par. fol. 154. n. 63. inf. eod. Roman. in repet. c. Rainutus in 1. par. specialis pia causa circa ultimas voluntates C. ad legem Palatiam, & alii apud Jul. Clar. in §. Testamentum q. 6. vers. Tertio inferitur. Sed in testamento ad non pias causas verius videtur multiter de jure Canonico non posse eadem adhiberi, tum quia hoc cap. quatenus temperat rigorem juris civilis, est stricte intelligendum, argum. c. Statutum de testib. lib. 6. nec a legibus est recedendum nisi quatenus contrarium in Canonibus reperitur expressè dispositum, cap. 1. Cum materia, de novi oper. nuntiat. C. ap. Si in adiutorium n. dist. & hic notant Collect. num. 2. Imol. num. 12. & Abb. num. 6. vers. Item quatenus, Feder. de Sen. conf. 211. ubi nam. 6. refert in quadam additione quæ tribuitur Innoc. in eod. seq. fuisse definitum leges in his, & alia esse observandas; nisi in casibus per leges vel Canones exceptis. Tum quia cum hic requiratur, ut testes sint idonei, hac qualitas non videtur verificari in femina, quia est fragilis, & corruptibilis, ut dicitur glof. in l. Qui testamentum §. Mulier in verb. Non poterit ff. de testam. Ideoque valide periculosum esset de illius integritate confidere in actu tam prejudiciali, & in quo sepe solent committi fallitates & fraudes. Unde hanc opinionem amplectitur Collect. hic num. 2. Alex. in conf. 70. num. 13. vol. 2. quod est appendix live confirmatio conf. 84. lib. 2. ubi hoc idem tenet, & valide miratur de quodam consensu qui dixerat communem opinionem esse in contrarium. Hanc etiam sequitur dicens veriorum, & magis communem Jul. Clar. alios referens in §. Testamentum q. 55. vers. Sed quid de jure Canonico.

37 Absolutis notabilibus venio ad apparatus; Decernitur hic, ut valeat testamentum conditum coram Parocho, & duobus testibus, Contra hoc oppono. Nam requiruntur septem, ut l. h. fin. C. de fideicom. ita ut si unus deficiat, testamentum corrumpat, ut l. si unus, C. de testam. Holt. hic n. 3. in verb. Leges humanas, & Card. in 2. notab. Timora hujus contrarij, glof. tertia ponit quatuor intellectus, seu lecturas indicat.

Prima lectura est, quod hoc c. Sicut, c. sequens sit intelligendum de testamentis ad pias causas, in quibus minor sollemnitas requiritur, sicut inter liberos, ut l. Hac consuetudo §. Ex imperfecto, C. de testam. Quod sine C. de testam. l. ut. C. famul. testib. Quare juxta hanc lecturam in testamentis conditis ad non pias causas servabatur jus civile de numero septem testium etiam in foro Ecclesie. Quia cum jure Canonico in hujusmodi testamentis ad non pias causas nihil juri civili detractum reperitur; consequens est in talibus jus civile inchoatum manere, & servandum esse ubique locorum, & in omni foro, ut per Fulgof. conf. 29. Panchus questionis num. 2. & in hoc lectura restitit ipsa glof. tertia hic, C. in c. Sequens in verb. Decretorum in fin. Item glof. Joan. in Summa 2. q. 4. in verb. vel Trium, Abbi Antiqu. hic in princ. licet in fine cum Petro de Sampson vacillando dicat. Tene quod viz. Rayman. in Summa lib. 3. titul. de num. testium, relatus hic à Joan. Andr. num. 6. Part. in l. 1. n. 75. C. de Sacrosanct. Ecclies. Paulus de Castro conf. 431. Ita institutus per totam lib. 2. ubi contulit non valere institutionem factam ad non piam causam in terris Ecclesie ob defectum sollemnitatis juris civilis, & num. 2. dicit potius in heretudum glof. Bernard. hic, quod hoc cap. locum habeat solum in relatis ad pias causas, & quod si esset iudex, ita pronuntiaret, & quod ubique locorum videt observari sollemnitatem juris civilis in relatis ad non pias causas & idem tenet Guido Papa decis. 542. nu. 13. & hanc opinionem dicit esse crebriorem apostil. ad hoc cap. ut refert Julius Clar. in §. Testamentum q. 57. post princ. que tamen apostilla non reperitur in compilatione, quia videtur. Moyetur glof. quia hic dicit Decretales loquuntur de eadem materia de eodem loco, & idem hoc intelligitur & declaratur per sequentem. Nec est verisimile Papam uno verbo leges omnes evertere voluisse, l. Si quando C. de in offic. Testamen. c. Ecclesia vestra, il. 2. de elect. sed plane hoc fundamentum glof. non subsistit, quia

39 materia est diversa, ut patet ex tempore utriusque. Item hoc loquitur de civitate Hostiensis; sequens vero de civitate Velleterensi; & sic est etiam diversitas loci. Præterea si hoc cap. intelligeretur ad pias causas, esset contrarium cap. sequ. ubi in relatis ad pias causas sufficiunt duo, vel tres testes. Nam si hoc cap. ultra duos vel tres requiritur etiam pra-

sentia Presbiteri Parochialis; ergo alterum istorum esset falsum vel superfluum, quod esset contra id quod dicit Pa. supra in prooemio, videlicet in hac compilatione nihil esse falsum vel superfluum. Ut igitur hoc jura per distinctionem ad concordiam reducantur, quod facere debemus ut in cap. Cum expediat de elect. lib. 6. Dicimus cap. sequens quod expressè loquitur de relatis ad pias causas tantum in illis habere locum; hoc vero cap. quod loquitur simpliciter, & requirit presentiam Sacerdotis cum duobus vel tribus testibus, locum habere in aliis testamentis, id est ad non pias causas. Ita Gemin. conf. 46. super isto puncto n. 5. vers. Et adde unam rationem. Item cum hic nulla fiat mentio de relatis ad pias causas hac lectura videtur divinare, ut per Imol. circa fin. vers. Et sic ista prima lectura. Nec obstat ratio verisimilitudinis, de ompta ex l. Si quando, Cod. de inoff. testam. quia hoc cap. non procedit corrigendo, sed declarando irrationabilitatem juris civilis, ut dicam infra n. 51. C. n. 147. Item non obstat ponderatio Bald. conf. 224. In libro hystoria, num. 3. lib. 3. quod dicitur, talis, posita in cap. seq. sit restrictiva ad similia & diffinitum excludiva; & ideo restringit hoc cap. ad pias causas inram falva illius reverentia illud dictio, relatus ad relata Ecclesie, de quibus ibi in princ. mentionem fecerat, ut illic declarat Innoc. in fin. & Imol. n. 1. unde contra glof. tenent magis communiter DD. ut dicitur Gemin. 6. conf. 49. nu. 4. & mox patebit.

Secunda igitur est lectura quod hoc cap. generaliter deroget legibus civilibus quoad numerum septem testium ut de jure canonico valeat testamentum coram Parocho & duobus testibus ad non pias causas tam in terris subiectis jurisdictioni temporali Romani Pontificis, quam in terris Imperii & tam in foro Ecclesie, & quom in foro civili. Et hanc lecturam probatur Tancred. & post eum Barr. Brixien. in Summa 2. qu. 4. in verb. vel Trium in fin. Speculat. in tit. de instr. edit. §. Compendiosè n. 11. vers. Item per jus Canonium, Archid. in cap. 1. 2. qu. 5. & tenent hic Guill. Nalo, Egid. & Petr. de Sampson. relati à Joan. Andr. n. 2. Alan. Goufred. & Laurent. ab eodem relati n. 6. in glof. 3. Qui omnes sine distinctione loci aut fori generaliter tenent hoc cap. loqui in quolibet testamento & ad non pias causas & expressè per hoc cap. tam in foro civili, quam Ecclesiastico esse generaliter derogatum legibus civilibus loquentibus de sollemnitate testamentorum; firmat Holt. hic n. 4. in verb. Improbatur, vers. Vel si dicas, dicens, hoc verisimile esse, nec posse absurdum videri si rationes utriusque expendantur, nam pro hac opinione stat Lex Divina, Lex Canonica, & generalis confusio Ecclesie, ut hic dicitur in littera. Item ipsa veritas, que Deus est; & in omnibus prevalet a. Elysa 10. in fin. Sed pro opinione contraria est Lex humana, perniciosa subtilitas & timor fallacitatis, ut l. fin. C. de fideicom. Cujus ergo potentia fortis iura utique prima; ergo et standum est, l. fin. C. de elect. Dio. Adr. toll. cap. bona, il. 2. §. fin. supra de postul. Prelat. Nec recipienda est per iudicem subtilitas, que veritatem ledit, l. Sicut re corporali §. antepen. ff. Quibus modis pign. vel. hypoth. sol. Sed nec obest timor fallacitatis, quia quilibet presumitur bonus, cap. unico, de Scrutin. in ordin. facta. Et nihilominus ad hunc timorem submovendum in text. datur remedium ut testes sint idonei, & adhibeatur etiam Presbiter Parochialis; neque enim verisimile est, ut tales sint auctores fallacitatis, nec ut Parochus alieni fallacitatis consentiat; ita Hostiens. qui & remittit ad summam de testam. §. Qualiter conficiatur, ejuque sententiam videtur foveo Joan. Andr. hic num. 6. ut refert Collect. num. 2. in fin. qui num. 1. eandem sententiam sequitur subdens ita servari de facto; quam etiam a fortiori tenet Butr. post nam. 3. vers. Ego credo, & Corn. conf. 137. Placet mihi num. 3. vers. Totas enim iste articulus, vol. 2. ubi ait Gemin. sententiam DD. esse ut hoc cap. loquatur in causa profana, & deroget juri communi in testamento in quo intervenit Presbiteri Parochialis, qui est iudex animarum, de quo jus Canonico plurimum consistit. Eamque pluribus vultur Abbi. hic n. 8. post med. ver. Ego autem dispositionis ratio, cui & ipse assentior per ea que latissime dicam infra in questione de ceco à n. 113. usq. ad n. 117. Nam si in testamento certi in quo major viget suspicio fallacitatis & idem major sollemnitas jure civili exigitur, sufficientes duo testes cum Presbitero Parochiali, etiam in terris Imperii & in foro civili, ut ibi probabitur per rationes invincibiles utique multo fortius idem erit observandum in testamentis aliorum. Et cum agatur de observantia Legis Divine & de materia peccati, arguitur Papæ non circumferibitur limitibus alioquin terroris, sed ubique locorum & in omni foro ejus dispositio servanda est necessitate præcepti, cap. fin. & ibi glof. magna de prescript. & latius patebit infra, num. 49. C. n. 113. C. seq.

Tertia est lectura, quam glof. hic recitat, quod in ter-

ris subiectis temporali Jurisdictioni Ecclesie servari debeat hoc cap. tam in foro Ecclesiastico, quam in foro civili. In terris autem Imperii servandum sit jus civile de numero septem testium; & hanc tenet Gemin. alios referens in conf. Super isto puncto num. 3. vers. Alia est opinio. Namque communem esse attestatur Alex. conf. 145. Visto themate num. 6. lib. 2. C. conf. 47. Abundè num. 2. eod. lib. dicens, in terris Ecclesie secundum magis communes conclusiones sufficere duos testes cum Parochiano C. conf. 177. Visto themate n. 2. lib. 2. ubi ait hanc esse magis communem opinionem Canonistarum C. conf. 17. Ponderatis num. 15. C. seq. lib. 3. ubi tollit contraria conf. 176. Visto processu n. 10. vers. Potest etiam lib. 5. C. conf. 105. Visto n. 15. vers. Imo fortius ubi de communi lib. 4. Part. conf. 51. Testamentum n. 1. lib. 3. dicens ita hic affirmare scribentes omnes, nullo excepto, dicentes hanc conclusionem esse communem & sequendam in iudicando & consulendo C. num. 16. aliter eam esse firmisimam & indubitabilem Bald. conf. 285. Factum tale est, alias si quis juri in fin. lib. 3. ubi dicit hanc esse communem opinionem Canonistarum; quia veritas pravalet sollemnitas: licet subdat forum esse servandum, quia Legiste tenent contrarium & militat in foro Iustitiam prævalent leges & Canonice triumphant in foro B. Petri. Et idem tenent conf. 351. Quoniam ex factis & conf. seq. lib. 4. sequitur Com. conf. 18. Principale dubium n. 14. vers. Et c. illud secundum communem sententiam, vol. 2. C. conf. 168. In presentia n. 2. vers. His tamen minime refragantibus quod, ubi ait communem lecturam hujus Capituli esse, quod in terris Ecclesie in utroque foro & in terris Imperii in foro Canonico valeat testamentum coram Presbitero Parochiali & duobus aliis testibus & hic plures allegant. Idem attestatur Ripa in trad. de posse in priv. contraffatum num. 12. Bellon. conf. 14. n. 3. & Joan. Dilect. de art. test. titulo secundo cap. post nam. secundum Quæ opinio est etiam generali consuetudine roborata, ut attestatur Joan. Andr. hic num. 6. vers. Communitur, ubi ait communiter servari, ut in relatis ad pias causas in omni foro sufficientes duo testes, in aliis in foro civili, qui non sit de temporali Jurisdictione Ecclesie, servetur lex, Cardin. num. 5. vers. Joan. Andr. dicit, ubi explicat dictum Joan. Andr. Similiter ait communiter servari, ut in terris Ecclesie, etiam ad non pias causas, valeat ultima voluntas cum Presbitero Parochiali & duobus testibus etiam in foro civili. In terris autem Imperii servanda sit lex civilis in foro civili & jus Canonico in foro Ecclesie; & hanc lecturam dicit esse varietem. Et eodem modo Joan. & Imol. num. 13. dicit hanc opinionem videri consuetudine roboratam & per consequens servandam; & Pauli infra, v. Sed ista opinio, dicit esse de jure veriorum, quod etiam affirmat Card. hoc. proxime cit. Sed & Calder. conf. 8. circa finem de testam. dicit hanc servari de facto. Unde, ut ait Clarus in §. Testamentum q. 17. vers. Quæ quidem, non esset ab ea in consulendo & iudicando recedendum & paulo infra dicit, à qua non recedat in practica, quia quantum ego vidi apud omnes, ita servatur sine controversia. Quia non fertur Innocentium IV. semel in Consistorio ita pronuntiatum, ut refert Bald. in conf. 284. Dominus Rainutus num. 2. lib. 3.

Quod sane vix credibile est, quia idem Innoc. hic, & in cap. seq. in hac materia nihil certum scripsit, sed tantummodo opiniones recitavit, prout etiam refertur hic Holt. numer. c. vers. Dominus tamen noster in hac materia. Joan. Andr. num. 6. vers. Innocentius vixit, C. sicutique alii.

Suffragari videtur huic lecture, quod civitas Hostiensis, de qua hic agitur, est de temporali Jurisdictione Romane Ecclesie & hoc cap. loquitur quando quæsitio coram Ecclesia agitur, ut patet evidenter ex littera; secundum Angel. d. conf. 233. n. 5. vers. Et attendendum.

Veram, ut inquit Abbi. hic n. 8. Licet hæc lectura videatur colorata; tamen salva reverentia Jo. Andr. & Joan. de Fano, non videtur vera, quia cum textus dicat leges civiles decernere, ut testamenta non fiant cum minori numero, quam septem testium, & hoc esse contra legem Divinam, hinc patet eas nec in foro civili esse observandas, quia ubi lex humana adferatur legi Divine, servanda est lex Divina in foro etiam seculari, ut in cap. Contra mores 8. dist. 4. in c. Qui restitit, C. de Julianis 11. q. 3. e. fin. & ibi glof. magna de prescriptio. quod latius proscribit infra in questione de testamento, ceteri à n. 115. 121. & 133. C. seq. quod DD. in contrarium allegatos adverte, quia hæc lectura implicat duas conclusiones. Prima est, quod in terris Ecclesie valeat in utroque foro testamentum ad non pias causas conditum coram Presbitero Parochiali & duobus testibus, & hanc primam conclusionem dicunt esse magis communiter approbatam DD. sed omnes. Et ita in specie loquuntur Alex. Paris. Bald. & Imol. supra. n. 26. ut ex eorum verbis videre est.

Secunda autem conclusio hujus lecture est, quod in terris Imperii, & in foro civili servetur lex de numero septem testium, & hanc secundam conclusionem nullus ex citatis Doctoribus aliterat esse communem, exceptis Corneo

& Claro. Quin imò Paris. d. conf. 51. lib. 3. etsi dicat conclusionem esse indubitabilem, quod valeat ultima voluntas, nedum in pia causa, sed etiam in penitus profana coram restore testatoris & duobus testibus; mox tamen subdit coram maxime habere locum, quando sumus in terris & inter subditos Ecclesie; unde videtur idem admittere in terris Imperii ponderando distinctionem, maxime que implicat casum contrarium licet magis dubitabilem, ut in iuribus vulgaris. Sed & Joan. Andr. quamvis affirmet eam communiter servari, tamen ipse propius accedit ad opinionem Host. secundum Collect. hic n. 2. in fin.

Quarta est lectura, quam similiter ponit glof. nostra, quod hoc cap. sit servandum in foro Ecclesie; lex autem civilis in foro seculari, & hanc lecturam recitat ultimo loco Innoc. in cap. seq. ad fin. & secundum eum tam in terris Imperii, quam in terris Ecclesie servanda sunt leges in foro Ecclesiastico. Sed & huic lecture multum refragatur que dicta sunt supra in lectura secunda ad fin. n. 45. C. in terris n. 49.

Quinta subsequitur lectura, quam ponit hic Anton. de Butr. n. 3. vers. Ego credo, videlicet quod ex dispositione hujus textus ubique locorum & in omni foro valeat testamentum factum coram duobus testibus etiam non adhibita presbiteria Parochi, sive sit ad pias causas, sive non. Movetur, quia Decretalis non procedit dispositivè jus civile corrigendo, sed illius irrationabilitatem declarando; ubi enim habemus voluntatem testatoris probatam per duos testis idoneos, & integros saltem non contentientes, & omni exceptione majores, suadet æquitas naturalis, ut mandetur executioni voluntas defuncti, & peccatum est si non mandetur. Et cum Canones intendat saltem animæ, voluerint testamentum servari debere possibilibus rigoribus juris civilis. Idque clarum est saltem per viam denuntiationis Evangelicæ ad peccatum vitandum, quod incurritur non exequendo voluntatem defuncti, de qua certitudiniter constat contra æquitatem naturalem & pietatem, ut l. 1. C. de Sacrosanct. Ecclies. Et dum textus dicit de Presbitero, loquitur secundum consuetudinem & accidentia facti, quod patet per rationem h. tera, quia duo idonei testes sunt sufficientes ad probationem mentem defuncti, ex igitur probata, est omnino executioni demandanda; ut latius per eum, & hinc opinio servatur Venetia teste Baldo in conf. 285. Factum tale est, alias si quis juri, post medium vers. Et ita servatur Veneti lib. 3. Item Paulus, & in civitate Bisanina, ut attestatur Egid. & Bellam conf. 42. Dominus Hugo, in princ. vers. Item attendatur, col. 1. cum qua etiam transit Alex. conf. 105. Visto n. 15. vers. Imo fortius tenet lib. 4. ubi etiam refert Joan. de Imol. dicentem se vidisse per alios consultum apud Ferrariam secundum opinionem Anton. de Butr. & quod de jure Canonico, saltem in terris Ecclesie, sufficientes duo testes idonei, tenet idem Bald. conf. 404. Præmittendum est n. 3. dicens communem lib. 4. & Alex. dicit. conf. 105. Uxon. 15.

Ceterum hanc lecturam pluribus refellunt hic Joan. de Imol. col. 6. vers. Sed adverte, & Abbi. n. 14. vers. Et hanc opinionem ego sequor. Sed in eorum dictis admittunt esse contra legem Divinam, ut non valeat testamentum factum coram duobus testibus, cum in ore duorum, &c. & huic obiecto conatur multipliciter respondere. Sed ego non puto hoc legi Divine ullatenus adversari, quia scriptura non dicit præcisè in ore duorum flat omne verbum, sed alternativè dicit, in ore duorum, vel trium; unde relinquit Ecclesie determinandum in quibus casibus sufficiant duo testes & in quibus requirant tres, arg. cap. In alternativis, de reg. jur. lib. 6. Ecclesia autem determinavit in testamento ad pias causas sufficere duos testes, ut in c. seq. Sed in testamento ad non pias causas propter periculum fallacitatis, & fraudis determinavit duos non sufficere, sed tres esse adhibendos, ut hic Rufus lex Divina non aperuit quales hujusmodi testes esse debeant; sed hoc determinavit lex Canonica, quod bene potuit, ut c. Et si quæstiones in fin. de simon. C. in c. Ex publico de conversione conjugator. & notatur in cap. fin. de consuetud. statuitque ut in testamento ad non pias causas unus ex illis debeat esse Presbiter Parochialis, & alii duo debent esse idonei, idque summa eum ratione, quia data illorum presentia, est facti suspicio fallacitatis, arg. l. Non est verisimile ff. quod nemo. caus. c. Nemo, de simon. cap. fin. de postul. cap. Dominus 14. q. 5. Et adverte Speculator in tit. de instrument. edition. §. Compendiosè n. 14. & Abbi. hic eod. n. Quare secundum eum si adessent tres testes sine Presbitero Parochiali, testamentum non valeret. Quod frequentissime receptum est, licet fateatur, quod si loco Parochi interesset alii duo testes, valeret testamentum; quia dictum diuorum relictum femper majorem habet fidem, quam dictum unius quantumcumque autorizabilis persone, ut cap. à nobis, C. cap. Licet supra de testib. & de iur. supra n. 2. Unde valere testamentum ad non pias causas conditum coram quatuor testibus sine Presbitero Parochiali, consilium Dec. conf. 285. Visto puncto n. 6. vers. Sed tamen prædicti non obstantibus, ubi plures citat, & n. 8. testatur hanc esse magis communem opinionem, à

- 98 Jus civile contradicere juri Canonico in his, que mere spiritualia non sunt, aut a spiritualibus non dependent, observandum est in terris imperii, & juri Canonico in terris Ecclesie.
99 Nec Papa potest tollere leges civiles quantum ad eos, qui non sunt de sua temporalis jurisdictione.
100 Testium solemnitas in testamento introducta est propter suspensionem falsitatum.
101 Hæretici ab intestato qui non credunt duobus vel tribus testibus fidem asserere nibus testamenta ad non pias causas, non censentur habere conscientiam laicam.
102 Contrarium n. 117.
103 Conscientia regulari debet ex his que à Jure sunt disposita.
104 Pilius natus ex uxore, presumitur esse filius mariti.
105 Lex civilis extra materiam peccati servari debet in foro civili, licet contradicat Canonis.
106 Lex civilis potest Jus Divinum & naturale distinguere & adjuvare, illique addere vel detrahere.
107 Papa potest immutare auctoritatem illam in ore duorum vel trium &c. addendo vel minuendo. Sed contra n. 121. & 143.
108 Lex Divina in ore duorum vel trium fit omne verbum, non refertur ad majorem numerum; sed ad minorem. Imò refertur etiam ad majorem n. 144. & seqq.
109 Alienum esse à Legge Divina, quid importet & n. 150.
110 Cæci testamentum etiam ad pias causas conditum, non servatà formâ, lege Hac consuetissima, cod. qui testam. fac. poss. non valet.
111 Filiorum suorum major est quam pia causa. Declaratur n. 155. & 156.
112 Filius exheredare volens & Ecclesiam instituire quarat alium qui suscipiat quàm Augustinum d. n. 111. & 156.
113 Inter species illa derogat alteri que specialior est, sicut individua derogat speciei.
114 Leges Civiles requirentes in testamentis numerum septem testium, sunt contra Jus Divinum & n. 165.
115 Item sunt contra Jus naturale n. 118. & 127.
116 Item contra Instituta Sanctorum Patrum n. 122.
117 Item contra generalem Ecclesie consuetudinem n. 123.
118 Item sicut peccatum n. 124. usque ad n. 141. & 166.
119 Leges Civiles repugnantes Legi Divina, sunt penitus excludende & n. 121.
120 Imperator est Vicarius Dei & idè non potest venire contra factum Domini.
121 Legibus Imperatorum que contra Dei veritatem feruntur, qui obtemperare non vult; grande acquirat præmium.
122 Præceptum Divina Legis in ore duorum vel trium &c. non est judicialis sed morale.
123 Præcepta omnia Legis Evangelicæ sunt Juri naturalis, præter Præcepta de Sacramento & de Fide.
124 Præcepta moralia per legem humanam alterari non possunt.
125 Consuetudo Ecclesie generalis ita obligat sicut Præceptum & n. 129. & 130.
126 Testamentum in impugnatione ob defectum solemnitatis in numero septem testium, peccat mortaliter & potest excommunicari & n. seqq. usque ad n. 141.
127 Præcepti Divini transgressio semper est mortalis.
128 Peccatum, est dictum, vel factum, vel concupitum contra Legem æternam.
129 Præcepta omnia moralia sunt de Legge naturali.
130 Legi natura quidquid contrariatur, peccatum est.
131 Consuetudini Ecclesie transgressio inducit culpam letalem, sicut transgressio Præcepti & n. 130.
132 Leges Civiles irritantes testamenta cum pauciori numero, quàm septem vel octo testium tanquam peccati nutritivæ non sunt servande.
133 Lex est sanctio Sancta jubens honesta, prohibens contraria.
134 Lex Canonica ubi agit de peccato vitando, servari debet etiam in Terris Imperii & in omni Jure.
135 Apostoli dicta prævalent dictis Imperatorum.
136 Testamentum coram duobus vel tribus testibus, secundum Apostolum imaginari non potest ex defectu solemnitatis.
137 Canones prævalent Legibus in his in quarum observatione emergunt peccata.
138 Hæretici ab intestato contra conscientiam occulant bona defuncti; qui coram quatuor vel quinque testibus extraneum heredem instituit.
139 Princeps quovis ex iusta causa possit statuere contra Jus

Ubi esset. Legitur octo modis, ut dicam infra in apparatu n. 17. Communiter tamen sic summatur. Valet testamentum quod Parochianus facit coram Presbitero suo &

- Gentium: tamen ubi cessat illa causa, Constitutio servanda non est.
139 Juris Civiles auctoritas non potest aliquem à peccato excusare.
140 Judices seculares cogi possunt ad observantiam hujus cap.
141 Intellectus cap. Præul. a. q. 4.
142 Testes septuaginta duo requiruntur ad damnandum Cardinalem Episcopum, ibidem.
143 Declaratur.
144 Testium defectus supplet numerus.
145 Testes duo vel tres, si habeant qualitates requisitas de Jure Canonico; sufficiunt in omni materia, quantumvis gravi & n. 148.
146 Intellectus cap. Licet universis de testibus.
147 Peccatum non est, quod est præter Legem Divinam.
148 Cæci ita demum testari potest ad pias causas non servatà formâ Legis Civiles, si relinquat pii & venerabilibus locis, scilicet si privatis personis Pauperibus.
149 Contrarium n. 153.
150 Religio Divina est corior filii.
151 Testamentum ad pias causas magis favetur quàm testamento inter liberos, ibidem.
152 Fallit quoad legitimum filii debitum.
153 Testamentum in quo Ecclesia instituitur & filius exheredatur, est contra officium pietatis, ibidem.
154 Testamentum Roma conditum ad non pias causas coram Parocho & duobus testibus, an valet stante statuto Urbis quod præcipit servari Juri Civile; & eo deficientis Jus Canonico & n. seqq. usque in finem.
155 Statutum Urbis disponens inter Civem Romanum & districtuales servandum esse Juri Civile, declaratur n. 164. & 166.
156 Rota decisio in Romana honorum de Stochis refertur. Resistitur n. 163. & seqq. usque in finem.
157 Statutum loci attenditur quoad solemnitatem testamenti.
158 Statutum Ravennæ quod servetur Juri Civile, quando contradicit Juri Canonico valet etiam sine confirmatione Apostolica & n. seqq.
159 Populi Ecclesie Romana in temporalibus subiecti, possunt statuta condere contra Jus Canonico.
160 Statutum Urbis de servando Juri Civile, non extenditur ad Leges requirentes numerum septem testium in testamentis tanquam fontes peccatum rebellantes Juri Divino Statuti Patrum & generalis Ecclesie consuetudini & n. seqq. usque in finem.
161 Item non extenditur ad Leges per Jus Canonico abrogatas n. 166.
162 Non obstante confirmatione Apostolica n. 178.
163 Papa usque ad animam & sanguinem Jus Divinum servare debet.
164 Jus Civile correctum non dicitur amplius Jus Civile.
165 Pæna à Jure Civili lata contra stentibus nubes, infra annum lapsis per Jus Canonico hodie sunt sublata.
166 Nec habent locum inter personas subiectas statuto Urbis.
167 Leges multa referuntur que tanquam fontes peccatum sunt sublata per Jus Canonico & n. seqq.
168 Ordinandi à Sacerdotium, Juri Civile debet aliquid offerre Ordinanti & Notario; sed Jure Canonico est sponciatum, ibidem.
169 Pro jure indicando licitum est Juri Civile pecuniam accipere, Jure Canonico secus.
170 Jurare per creaturas Jure Canonico non est permittum, Jure Civile secus.
171 Pupillus Jure Civile non tenetur servare juramentum, Jure Canonico secus, si sit doli capax.
172 Contrahentes Jure Civile licite se invicem decipiunt, secus Jure Canonico.
173 Bona fides non requiritur Jure Civile in præscriptione, Jure Canonico secus.
174 Filius familias Jure Civile non obligatur voto, Jure Canonico secus.
175 Patri secundum Legem licet occidere adulterum cum filia deprehensam, dummodò & filiam occidat; sed non secundum Canonem.
176 Statutum ut in testamentis servetur Juri Civile, quoad numerum septem testium non valet & n. seqq.
177 Princeps, etiam Papa si condidit Leges contra ea que dicit Dominus; non dicitur condere Leges, sed potius convinctur errare.
178 Papa non potest statuere contra statum universalem Ecclesie.
179 Licet receperit à Deo potestatem & Dignitatem Pontificatus, non tamen potestatem peccandi.
180 Statuta & Consuetudines locales requirentes numerum septem testium in testamento, rebellant Juri Divino.

duobus testibus; nec tenet consuetudo contraria, Joan. Andr. Burr. Card. Anchar. Im. l. Abb. & Joan. de Anan. Sed secundum lecturam que magis placet Canonistis; & videtur

- videtur verior: hoc intendit. Testamentum etiam ad non pias causas conditum coram Parocho & duobus testibus, valet nedom in foro Canonico; sed etiam in foro Civili, contrariâ consuetudine non obstante. Communis divilio. Secunda hic, quia verò.
Nota primò hic, septem vel quinque testium. Jure Civili inspecto, ad testamentum validitatem requiri numerum septem testium. Hoc enim generale est tam in testamento in scriptis, lege Hac consuetissima, cod. de testam. quam in testamento nuncupativo, lege in testamentis, cod. eod. lege finali, junctâ glossâ in verbo ostenditur, cod. de fideicom. & hic numerus non tantum est de forma probatoria; sed etiam de forma substantiali, ut firmat Bart. in lege Nemo potest in prima opposit. ff. de leg. primo; & est communis opinio, ut hic attestatur Ripa sub n. 2. & Covar. in repet. hujus cap. n. 8. additur autem in textu illud verbum quinque propter codicillos, ut lege fin. §. ult. cod. de codicil. secundum Abbatem hic in 1. notab. Sed hoc non videtur verum, quia numerus septem vel quinque testium hic refertur tantum ad testamenta quorum appellacione non veniunt codicilli, ut lege Si idem, cod. eod. nisi forsitan largè & improprè, ut notat glossa fin. c. 2. §. fin. de usufr. lib. 6. unde dicendum videtur, verbum quinque fuisse hic appositum propter testamentum quod fit ruri, in quo testes sufficiunt ad prescriptum, lege fin. cod. de testam. Host. hic n. 3. Card. in 2. notab. five rusticus testetur in scriptis, five per nuncupacionem; & ita communiter tenetur, ut ait Alex. in dicta lege fin. sub n. 8. in glossa in verbo Scriptura & Jalon. sub n. 2. vers. extendi & communiter ita servatur, ut dicit Bart. ibidem n. 1. An autem hoc vendicet libi locum etiam in testamento quod fit tempore pestis, est ardua questio. Tu vide Autores pro & contra de communi attestantibus apud Juidem Clarum in 8. Testamentum, q. 56. vers. Et hæc quidem conclusio; & quod notat Bald in lege 1. ad finem, vers. Et idè propter talia, ff. de honor. possit. ex test. nulli.
Secundò nota hic subscriptio, eodem Jure Civili inspecto, testamentum esse à testibus subscribendum, ut hic patet. Quod verum est in solemnibus testamentis, ut dicta lege Hac consuetissima, cod. de testam. nec non in testamentis cæci, ut lege Hac consuetissima, cod. qui test. facere poss. & latius dicam infra n. 79. ad finem. Secus autem in testamento nuncupativo, ut notat glossa in dicta lege fin. in verbo ostenditur, cod. de fideicom. Hostiensis hic numero secundo in verbo subscriptio, Ancharus & Abbas in 2. notab.
Tertiò nota hic secundum quod Leges humane decernunt, Summum Pontificem posse abrogare Leges Imperatoris fontes peccatum, ut hic & in c. fin. de præscript. & in c. Cùm contingat de jurere. & in c. licet eod. tit. lib. 6. Abb. hic n. 4. nam omnia anima ratione peccati Apostolico subiecta est, c. Novit. supra de judic. c. Si Imperator 96. dist. glossa magna & Doctores in c. fin. de præscript. & subius dicitur infra n. 49. 133. & seqq. In aliis vero casibus ubi peccatum non imminet, Papa non potest infringere Leges humanas quoad forum civile in locis ubi Jurisdictionem temporalem non habet; cum potestates distincte sint, c. Cùm ad verum 96. dist. c. Quoniam, ubi plena glossa in verbo dicitur 10. dist. c. causa, qui filii sint legitimi; & notat glossa in c. Possessor. de reg. Jur. lib. 6. Abb. hic n. 5.
Sed in suo foro potest tollere Legem Civilem, etiam in locis Imperio subiectis, ut dicit præcitata glossa in cap. Possessor. & scripti plenius in c. Antonius n. 28. supra de fact.
Quartò nota hic coram secundum Petrum de Ancharo hic n. 6. ad validitatem testamenti de Jure Canonico non requiri ut testes sint rogati; nam dictio coram exponitur, id est eis presentibus & intelligentibus; non ergò dormientibus, pupillis vel furiosis, ut lege dum proferre, §. coram, ff. de arbor. & lege coram, ff. de verb. signif. & hoc tenet Burr. in lege habet n. 76. cod. de Sacros. Eccles. allegat textum in c. seq. circa finem. Sed certe hic potius innuitur opus, quia dicitur duobus testibus requisitis; nam verbum requisitis videtur idem importare quod rogatis, ut mox dicitur.
Præterea ubique non reperitur aliqua dispositio Juris Civili expressè immutata à Jure Canonico, non debemus inducere discrepantiam inter Jus Canonico & Jus Civile; imò Lex Civili servari debet etiam in foro Ecclesie, ut c. 1. & hic Abbas Antiq. n. 2. Joannes Andreas n. 5. & alii communiter, infra de nov. oper. nuntiat. Anchar. in cap. Canonum Statuta in 1. q. n. 44. supra de Constitut. Sed dispositio Juris Civili requirit ut testes sint rogati tam in testamento in scriptis, ut lege Hac consuetissima cod. de testam. quam in testamento nuncupativo, ut §. fin. in script. de testam. nullibi reperitur expressè correctâ per Jus Canonico, quin potius videtur approbata in c. seq. in fin. ergò servari debet in utroque foro; & per hanc rationem Fagnan. in III. Lib. Decretal.

ita tenet Collect. hic n. 2. dicens se credere testamentum non valere, nisi sint rogati; nec præsumi rogatos nisi probetur, ut lege hac consuetissima, cod. de testam. & hæc est communis opinio. Nec retragatur dictio coram que exponitur, id est presentibus: quoniam per hoc non excluditur quin testes debeant etiam esse rogati; idè quod Concilium Tridentinum in c. 1. sess. 24. de format. Matrim. ad validitatem Matrimonii requirit, ut celebretur præsentibus Parocho & duobus testibus, Sacra Congregatio ejusdem Concilii Interpretes, declaravit non sufficere ut Parochus Matrimonio interit; nisi etiam à contrahentibus sit adhibitus, ut dixi in c. Quod nobis n. 54. vers. Cave tamen infra de clandestin. desponsatione. Verbum autem adhibitus idem importat quod rogatus, ut notat glossa in §. fin. in verbo adhibitus in script. de testam. Bald. in lege Nullum, vers. Nota gloss. ff. de divor. Undè etiam in testamento videtur requiri, ut non modo testes; sed etiam Parochus sit adhibitus. Et quamvis regulariter in aliis actibus humanis non requiratur hæc solemnitas ut testes sint rogati, ut lege ad fidem, ff. de testibus, tamen secus est in testamento propter gravitatem materie; & maximum timorem fraudis & falsitatis: que ratio maxime viget in testamento quod fit juxta dispositionem hujus cap. valde enim periculosum esset, ut Parochus vel testes qui forte convivii vel confabulandi causa vel aliud tractandi adessent & audirent testamentum fieri, forsitan aliud mente revolventes & ad illum actum non attendentes, fidem assererent testamento. Quod considerat Jus Civile in lege Hæretice palam, §. In testamentis ff. eod. tit. & hoc puto verius in testamento quod fit ad non pias causas, ad prescriptum hujus Decretalis. Sed in testamento ad pias causas hæc solemnitas Juris Civili non videtur necessaria, quia in talibus casibus suspicio falsitatis, ut dicit glossa tertia hic & Anchar. n. 8. vers. Nam in talibus; idè quod in hujusmodi testamento per Jura Canonica est inductum, ut non stetur solemnitatibus Juris Civili; stetur autem Juri Divino vel naturali, ut in c. proximo infra eodem; & in hoc secundo casu loquitur Bart. in dicta lege habet num. 75. & 76. cod. de Sacrosancta Ecclesia cum quo refert Ancharus hic n. 6. licet Bart. in ea fuerit opinione, ut textus noster loquatur de testamento ad pias causas, de quo plenè dicitur infra in examinatione materie.
Quintò nota ibi, Presbitero suo, de jure Canonico non valet testamentum conditum coram duobus, vel tribus, testibus, nisi etiam fuerit adhibita presentia Presbiteri Parochialis præfati: hic est casus secundum omnes in summario. Et pondera illud pronomen, suo, quia non sufficit presentia cujuslibet Presbiteri, etiam curam animarum habentis; sed requiritur ut sit proprius & ordinarius Parochus testatoris; nec sufficit alienus, ut hic per Imol. num. 12. vers. Et per hanc etiam rationem & Abb. num. 6. & 17. & de Presbitero testatoris loquitur Angel. in cons. 233. Pandus est, num. 1. lib. 3. Et potest esse ratio, quia testes majores adhibetur indigenis ignotis, quam extraneis notis, ut in Authen. de Testam. §. Si verò ignoti, col. 9. & c. Possquam, supra de elect. & est simile quod legitur & notatur in c. Quamquam, in gloss. in verb. Parochia, de usufr. lib. 6. item proprius Sacerdos Parochialis dicitur pater spiritualis omnium suorum Parochianorum, cum illos recipiat ad penitentiam, ut in cap. Omnes, 30. q. 2. Non ergò est verisimile, ut talis consentiat falsitati, arg. 1. Non est verisimile ff. Quod met. conf. secundum Host. hic num. 6. in ver. idoneis, Caldor. conf. 337. alius 8. circa finem de testam. Imò ex hac litte à deducunt quidam testimonium Presbiteri Parochialis ex apostole & quinque testibus. In testimonio enim septem testes requiruntur, ut dictum est supra in 1. notab. Sed hoc ita videtur, ut sufficiant duo cum Presbitero, ergò dicit ipsi Presbiter representat quinque; sed hoc tanquam sacros re- darguit hic Host. n. 6. in vers. Coram Presbitero suo & Joan. Andr. n. 2. in vers. Presbitero & merito, quia duo testes idonei preferuntur unico quancumque dignitatis ex lat. cap. Cum à nobis, de testibus, l. Jurisjurandi Cod. eod. tit. licet proprius Sacerdos sit testis autorizabilis, de quo Canones multum confidunt, ut ex sententia S. Congregationis Concilii dixi in cap. Quod nobis numer. 54. de clandest. desponsat.
Sextò nota ibi, personis idoneis, duos testes de jure Canonico adhibendos in testamento debere esse idoneos, id est, in aliquo non suspectos. Secundum Host. hic num. 7. & Joan. Andr. n. 3. Et quidem de Jure Civili testes idonei dicitur solite masculi, non femine puberes & liberi at l. hac consuetissima in prin. C. de testam. Verum secundum Canones, qui jure naturali à testimonio repelluntur absque dubio non sunt idonei, ut domestici, inimici & confamilia, l. Eriam junctâ gloss. in c. de testib. Ed illi, qui de Jure Civili tantummodo repelluntur, ut servi & femine, utique de jure

qua in iudicando non est recedendum, prout etiam attestatur Bertrando. *conf. 41. n. 6. lib. 3. par. 2.* quam etiam ita tenere communiter omnes affirmat Alex. *conf. 105. V. 1. n. 15. lib. 4.* & Julius Clarus alios referens in §. *Testamentum q. 57. vers. Sed pone.* Ex quibus patet non esse tenendum, quod ait Butr. de duobus testibus. Nec obstat illius ponderatio, quod hoc cap. dum facit mentionem de Presbitero Parochiali, loquitur secundum consuetudinem & accidentia facti.

60 Quoniam ut respondent Imol. & Abb. hoc est divinari, cum in narrativa nulla fiat mentio consuetudinis & text. non dicitur coram Presbitero & duobus personis, sed dicitur coram Presbitero, & duobus aliis personis; & sic requiritur duos testes ultra Presbiterum Parochialem; & cum littera sit clara, non potest sine cavillatione in alium sensum detorqueri. Et ex hoc solvitur etiam aliud obiectum Antonii de Butr. quando certitudinaliter constat de voluntate testatoris per duos testes peccatum sit illam non exequi, Quandoquidem cum lex contraria determinaverit duos testes non sufficere in testamento ad non pias causas absque Presbitero Parochiali, ut hic patet, idque non adverterit legi Divinae, quoniam de voluntate testatoris, non dicitur liquere per illos duos testes quamvis idoneos, nec venientes ab intestato habent conscientiam laesam si eis non credant, cum id faciant Canonis autoritate, *e. Qui peccat 23. q. 4.* Nam ut verbis Baldi utar in *conf. 284. Dominus Rainutus n. 5. in fin. lib. 3.* (Licet veritatem amemus, l. Cum ita legatis C. de condi. & demonstr. tamen ista veritas debet esse condita sacrae Constitutionum, l. Si veritas C. de fideiuss. Nec est peccatum, nuda veritate & inefficaci relicta, sequi sacras Constitutiones, quae veritas legum adminicula desiderat, l. 1. C. Ut se ab haered. abstin. l. Bona fides ff. de off. alios leges essent factae, quod est ridiculum, & temerarium sentire.) Hic Bald. Et hic Junge quo dicit infra n. 103. & quod dixit Butr. de denunciatione Evangelica pluribus testibus. *conf. 137. Placet mihi n. 1. vers. Post autem insari, & per tot. vol. 2.*

61 Sexta demum est lectura, quod hoc cap. loquitur tantummodo de testamentis quae sunt in mortis articulo, cui videtur congruere littera, ibi, *Testamenta, quae sunt in ultima voluntate.* Et hanc sequitur Guidopapa *decis. 543. n. 10. vers. Fallit, etiam in testamento, ubi ait duo esse necessaria ad hoc ut locum habeat haec Decretalis.* Primum scilicet, ut disponens sit agrotans, ut testamentum fiat in praesentia proprii Curati & duorum, vel trium testium. Adducit simile de testamento militari, in quo pariter duo necessaria requiruntur. Primum, scilicet milita. Secundo, ut miles sit in conflictu belli, ut l. Miles C. de testam. milit. Aliud simile habetur in l. 1. C. de Sacros. Eccles. ubi tractatur ut unusquisque decedens liberam habeat facultatem testandi ad pias causas, & verb. illud, *decidens*, exponitur, id est in acta decedendi existens, seu quando est in mortis articulo constitutus, ibi per Bart. n. 9. *vers. Imperator respondet, & n. 37. vers. Super tempore.* Et pro hac lectura moderni ponderant hanc rationem, quod in extremis constituti haud facile possunt tot testes convocare; ideoque consentaneum fuit eis indulgere, ut absque legali solemnitate possent voluntatem suam aperire Presbitero Parochiali, qui ut plurimum adesse solet suis Parochianis ad mortem decumbentibus. Ita Cenedo ad *Decretal. collect. 159. n. 7.* & modern. Collectores hic n. 8. Quinimo Guidopapa. *decis. 543. n. 12. vers. aliter ista testantur,* in tantum putavit hoc cap. habere locum in existente in infirmitate gravi, ex qua sequitur mors in praesentia Curati, ut si testator reconvaleret testamentum non valeret, ad exemplum, l. 1. C. de Sacros. Eccles. quae, ut superius tetigimus, locum habet in eo tantum, qui est in mortis articulo constitutus, & inde immediate decedit; ideo ibi dicitur decedens quia si reconvaleret, & ita evadit mortem, testamentum suum tunc temporis factum statim irritatur, sicut donatio causa mortis facta revocatur secuta reconvalescencia, ut l. Non omnia, in princip. ff. si cert. petis secundum eum vel potius si testator ab illo periculo evaserit, testamentum non irritatur, sed apparet ipsum retro fuisse nullum, quia text. in d. l. 1. C. de Sacros. Eccles. requirit ut sit decedens, et talis non fuit, qui mortem evasit, l. fin. ff. de milit. test. & ita post multa concludit Bart. in d. l. 1. n. 41.

62 Sed certe hunc intellectum ad textum nostrum nullum posuit ex Classicis Canonibus, nec videtur veritas; cum quia ratio illa ex livina lege desumpta. In ore duorum, Sec. militat etiam in testamento existentium extra mortis articulum: Tum quia lex civilis ne quis fiat testis incurat per duos fore testes constitutum testamentum, majorem numerum testium expulsi, ut per ampliores homines perfectissimam veritatem revelent, quae sunt verba text. in l. fin. C. de fideicom. 63 Hic autem ratio maxime videtur in testamento, quod fit in extrema voluntate. Nam ut inquit Corn. in *conf. 18. Principale dubium n. 11. vol. 1.* testatoris quandoque sunt semimortui, l. Quoniam indignum, C. de test. & saltem cogitatione mortis mens turbata alienatur, ut l. Haec consultiissima

§. At cum humana fragilitas C. qui testam. fac. poss. ergo si eo tempore, quo laborant in extremis, & minus subest periculum falsitatis, ideoque ad illam praevocandum major solemnitas adhibenda esset, nihilominus testari possunt coram Presbitero Parochiali, & duobus testibus, utque longe magis id eis licebit extra mortis articulum, quando mente, & corpore sani possunt hujusmodi fraudibus per se ipsos obviare. Facti quod scripti in e. Sicut nobis n. 7. & seqq. de Regular. & hoc expressè tenent Bart. in d. l. 1. n. 74. *vers. Præterea C. de sacrosanct. Eccles.* dicens de iure Canonico esse decretum expressè, ut valeat testamentum absque solemnitate juris civilis, sive testator sit in articulo mortis constitutus, sive non.

Non obstant illa verba in ultima voluntate: Nam, ut respondet Hostien. hic n. 1. non fuerunt apposta ad concordandum tempus testamenti, sed quia in talibus ultima voluntas spectanda est, cap. Ultima voluntas & §. Sed alium 13. q. 2. *instit. quib. mod. testam. inferm. §. Postero, cap. Cum Martha §. Cateram vers. Novissimum de celebr. Missar.*

Item non obstat simile de testamento militis. Quoniam, ut respondet Bald. in d. l. 1. n. 17. *in fin. & n. 18.* Illud procedit necessitatis causa, quando est in hostili loco, ubi plures testes non reperiuntur. Unde si miles testetur domi, secus est. Quamvis autem testator sit in discrimine vitae, non propterea subest necessitas testium cum plures haberi possint, & sic cessat etiam consideratio modernorum, de qua supra, num. 65.

Demum non obstat doctrina Barrol. allegata supra num. 67. quia eam retellit Bald. in d. l. 1. n. 17. *vers. Item ridiculum est, dicens ridiculum esse distinguere constitutum in articulo mortis ab eo qui non est in mortis articulo.* Contra Bart. tenet etiam ibi Salicet. In decimo questione numero decimo quinto quia omni tempore dicitur de cedere, ut in auct. de non alien. §. Ut autem de testatores quovis tempore appellantur deficientes, l. Testamentum, & l. fin. in princip. C. de Testam. Et quovis tempore quis testamentum fecerit, tempore mortis fecisse dicitur, ex quo moriens in ea voluntate perseverat, ut probatur in l. unum ex familia in princip. ff. de leg. 2. & notatur per Doctores in l. post mortem C. de fideiussorib. Dicit etiam Raphael. Fulgos. in d. l. 1. C. de Sacros. Eccles. Nimirum subest Barrolum ponderasse illud verbum, *decidens*, cum tamen leges frequenter illud usurpent, nec tamen se referant ad constitutum in articulo mortis, ut patet in l. Cum quis decedens in princip. ff. de administr. tutor. & in l. Si quis decedens ff. de legat. 3. & sequitur Jal. dicens communem, in d. l. 1. n. 31. *vers. Nunc postremo videndum est.*

Septima lectura est, quam posuit Bald. in *conf. 284. Dominus Rainutus n. 4. vers. Non obstat lib. 3.* hoc e. & c. sequens non loquitur in haereditis institutione sed in legatis & fideicommissis; verum hunc intellectum reprobat communiter Canonista, qui uno ore censent ultimam voluntatem secundum formam harum Decretalium valere in vim testamenti & probatur hic aperte in illis verbis; *testamenta quae Parochiani, &c.* firma decernimus permanere. Nam si testamentum est firmum, utique & haereditis institutio qui est caput & fundamentum totius testamenti ut §. Ante haereditis institutionem *instit. de legat. & c. seq.* quamvis explicite non loquatur de testamento, loquitur tamen de septem testibus, qui non nisi in testamento adhibentur, ut in iuribus supra citatis, n. 3.

Octavam demum lecturam posuit Menoch. de *praesumpt. lib. 1. qu. 80. n. 21. vers. Quarto nomen,* quod hic dicitur intelligendum esse in foro animae. Sed iste intellectus non habet sporem, quia hoc e. in fin. prohibet sub interminatione anathematis, ne rescindantur testamenta condita coram Presbitero Parochiali & duobus testibus; haec autem rescissio non potest fieri nisi in foro judiciali. Item Decretales in hac compilatione insertae servari debent in iudiciis, ut supra in proemio in fin. §. Volentis, & in cap. 2. *Supra de Constitutione.*

Absolutis lecturis venio ad quaestiones, Sec.

Primo, quæro an valeat testamentum cæci ad non pias causas factum coram Parocho & duobus testibus ad prescriptum hujus Decretalis.

Præmittendum est cæcum de iure civili testari non posse nisi quadam adhibita solemnitate, debet enim vocare septem testes & notarium & coram eis exprimere se velle sine se iuris testari. Quamvis enim testamentum cæci ligetur a testibus ut dicitur infra, ideoque similitudinem habeat cum testamento in scriptis tamen est nuncupativum, quia testes sicut ea quæ in testamento sunt & ipsi testibus nuncupantur ut notat Specular. in tit. de instrumentorum editione §. 12. *incipiens.* Compendiose n. 43. Debet etiam exprimere nomina & indicia & dignitates haereditum, quos instituit & legata & fideicommissio designare quæ omnia scribenda sunt a notario coram testibus vel si iam scripta erant debent coram eis recitari, & cæcus profiteri debet ex ore proprio edicere

edicere illud esse suum ultimum testamentum & dispoliturum ex animi sui sententia. Ac demum in inferiori chartæ spatio debent tam quilibet testis, quam notarius se subscribere, & propriis signis testamentum obligare & hæc omnia fieri debent uno eodemque loco & tempore. Quod si notarius haberi non possit, omissis testibus etiam adhibendus, ut per eum fortior effectus quod per notarium fieri debebat, Probatur hoc in l. Haec consultiissima, ubi Bald. n. 1. *Cod. qui testam. facer. poss. & §. Venit. Instit. quib. non est permisum facere testam. & concordat per omnia Specular. in d. §. Compendiose, n. 41.* Præterquam in eo quod dicit de firmitate illius testimonii apponendis in octo chordulis, hoc enim servatur tantummodo in testamento in scriptis, quia cum sit clausum & testes videre non debeant qui in eo scripta sunt ut lege. *Hæc consultiissima codice de testamentis* in spatio inferiori discooperito subscriptiones faciunt & sigilla apponunt in chordulis appensis & complicatis ad eum modum quem accuratè describit idem Specular. loco citato n. 46. at fecus est in testamento cæci, quia cum sit nuncupativum ut praedixi, nihil impedit quominus subscriptiones fiant in inferiori chartæ spatio; hęcque sigilla apponantur & ideo non est opus chordulis. Similiter Ordo in praedictis non est de substantia, ut contra Rich. Maluc. & Cin. concludit Bald. in dicta lege *Hæc consultiissima n. 12.* subdicit hodiè secundum consuetudinem locorum hæreditis institutionem, ut plurimum post legatam vitam in vita hæredis solvenda; ante legatam solvenda post mortem hæredis sequitur Jason alios citans in *conf. 26. ommissis, numero primo, volumine primo.*

Potro testamentum factum a cæco de iure communi, non scriptis solemnitatibus antedictis non valet, ut in dicta lege *Hæc consultiissima*; & licet notat Bar. & Bald. in princip. & Doctores communiter, *cod. qui testam. facer. possunt.* Hujusmodi autem solemnitates adhiberi debent a cæco etiam in codicillis, ut est expressum in dicta lege *Hæc consultiissima*; §. *Quæ in eundem modum;* & notat Specular. de instrumentorum editione, dicto §. *compendiose n. 43. vers. Quia si cæcus codicillari voluerit;* & hoc quod scriptoram & testium rogationes, sed quod numerum testium Doctores non conveniunt. Nam glossa hic in verbo *codicillis*, recitat duas opiniones. Prima est, quod in codicillis cæci requirantur octo testes sicut in testamento; & hanc sequuntur hic Jacob. Butrig. Bald. Fulgos. Roman. & Alex. & in hoc secundum Angel. ille textus est singularis. Secunda est, quod verba dicit §. *quæ in eundem modum;* non referantur ad omnia superiora dicta; sed ad alia, præterquam ad numerum testium, ideo in codicillis sufficienter quinque testes ut lege finali; *In omni, cod. de fideicom. & hinc secunde opinioni in qua recedit glossa, adheret ibidem Salicet. & Paul. de Caus. & ut dicit Jason. adhibitis quinque testibus, aut debet tabello.*

Secundum quod hic in codicillis, certè in donatione causâ mortis quæ hic in cæco antedictæ solemnitates minimè requiruntur; sed sufficit solemnitas dicta lege *fin. cod. de donat. causâ mortis*, ut voluit Bald. in *conf. 248. an cæcus*, quod est Alouit de Perusio & in *conf. 249. Doctor meus*, quod est Marci Angeii de Perusio lib. 5. & idem Bald. in dicta lege *Hæc consultiissima n. 13. vers. Tamen non traho ad donationem causâ mortis, cod. qui testam. facer. possunt;* & hic Alex. in addit. ad Bart. in *vers. obseruatis* in fine & in lege 2. in extremis *verba, ff. de verb. oblig. Jason in conf. 26. ommissis n. 2. col. 2. circa med. vers. sed de donatione causâ mortis, vol. 1. ubi ait se non invenisse aliquem de mundo qui contradicat Baldo;* & est ratio secundum eos, quia donatio causâ mortis non est mera ultima voluntas; & prout in esse deducitur, equiparatur contractui ut per Doctores in lege 2. *ff. de legat. 1.* Sed cæcus potest contrahere & donare inter vivos sicut quilibet alius. Alex. *conf. 12. viso instrumento donationis lib. 1. ergo & donare causâ mortis;* & quamvis Natta in repetitione, lege *Hæc consultiissima, §. ex imperfecto n. 43. & seq. cod. de testam. & Ruin.* in dicta lege 2. *ff. de leg. 1.* tenentur solemnitates præscriptas in testamento cæci esse adhibendas etiam in donatione causâ mortis, tamen non videtur recedendum a prima opinione magis communi: unde ut cæci ultima voluntas valeat, cautela traditur à Joanne Dilecto de arte testam. tit. 1. *caus. 8. n. 5.* ut donet causâ mortis vel in testamento apponat clausulum, ut valeat saltem in vim donationis causâ mortis; subdit tamen necessarium esse vel in donariis sit præsum ut per Notarium tripliciter per omnibus quorum interest, de quo per Julium Clarum in §. *Donatio q. 5. vers. Sed pone.*

Hic præhabitis descendendo ad quaestionem & primâ consideratione dicendum videtur nec de iure Canonico valere testamentum cæci ad non pias causas factum absque solemnitate, dicta lege *Hæc consultiissima, cod. qui testam. facer. poss.* ex fundamentis infra scriptis.

Primo, quia lex generalis posterior non tollit legem specialem, ut in III. *Lib. Decretal.*

cialiter loquentem. *Din. cons. 27. n. 3. vers. Item ex hoc resultat.* Nam in lege huius in fine, *ff. ad Turpilium* quia potius distinguitur & limitatur per legem antiquam ne videatur illam corrigere Host. in Summa de consanguinitate & affinitate, §. *consueverunt sub §. Qualiter arbor, vers. non quaritur, Abb. in e. Non debet n. 8. var. & hanc opinionem cod. tit. & ita tenore omnes, Doctores dicit Castil. *conf. 10. in factio supponitur n. 5. vers. & hanc opinionem* sed textus in dicta lege *Hæc consultiissima* specialiter loquitur de testamento cæci, ut dicit Bald. hic n. 2. *vers. Nam hæc lex est specialis inter cæcos;* ergo non tollitur per hanc Decretalem generaliter loquentem; sed potius hæc per illam distinguitur & limitatur.*

Quo argumento, ut refert Bald. in d. l. *Hæc consultiissima, ma, d. n. 2.* dicebat Marc. de Fano cæcum nec inter liberos testari posse absque solemnitate d. leges, quia species derogat generi, ut l. Sanctio, *legum, ff. de iura. ergo debent servari etiam inter liberos, & idem firmat in d. l. Hæc consultiissima, Raphael Fulgos. & Ludovicus Roman. & idem Raphael *conf. 90. incip. Super eo num. secundo.* Et confirmatur, quia text. in d. l. *Hæc consultiissima, C. Qui testam. facer. poss.* habet specialem rationem ibi, expressam in extremis verbis, videlicet, ne locum ullum relinquat infidus tunc oculis spectata, tot infirmata sanibus, tot insuper in tuto locata nimibus; ergo lex posterior huius cap. e. generaliter correct legem civilem de numero septem testium, iuxta secundam lecturam Hostien. de qua supra n. 40. tamen non censetur eam correctisse in casu dicti testamenti cæci habentis peculiariter rationem, ex traditis per Anchar. *conf. 222. Subtiliter, n. 1. vers. Secundo hoc idem.**

Secundo idem fœderat, quia nunquam lex generalis corrigat legem specialem, quando invicem comparantur, Ang. *conf. 214. Primo est ostendendum, num. 2. vers. Si autem dixerit sunt, Lap. alleg. 88. num. 5.* quod est Consilium Collegii Perusini, sed hoc casu lex civilis, & Canonica invicem comparantur, quia lex civilis potest in testamento cæci, & lex Canonica in testamento aliorum, ergo illa per hanc non corrigitur, facit cap. *Cum expediat, de elect. lib. 6.* Et consequenter lex civilis, cum non sit contraria Canonis, servanda erit etiam in foro Ecclesie, ut tenent in Joan. 1. *infra de novi oper. nunciat. Abb. Antiqu. num. 2. Joan. Andr. num. 5. & communiter DD. Anchar. in cap. Canonum illustrata, in 1. quæst. num. 44. supra de consil.*

Tertio facultas testandi coram Parocho, & duobus testibus generaliter unicuique concessa per jus Canonicum, ut hic, non comprehendit personas alioqui inhabiles, ut probatur in l. Prima junctâ gloss. in verb. *Habuit. Cod. de Sacros. Eccles.* nam text. dicit; *Unusquisque habeat liberam potestatem relinquendi Collegiis, aut locis piis, & tamen per illam legem qui alius erant inhabiles non censentur habilitati, ut possint testari ad pias causas, ut tenet præcitata gloss. & est communis opinio, ut dicit Jal. ibi, n. 12. & seq. in lectura Papien. ideoque pupillus, qui de iure communis testari non potest, etiam si pauperat proximus sit, nec ad pias causas testari potest, ut firmat Bart. in d. l. 1. n. 18. C. de Sacros. Eccles. & ex communi sententia Julius Clar. in §. *Testamentum, qu. 5. vers. Hinc refertur.* Sed cæcus de iure communi est inhabilis ad testandum, nisi servata forma d. legis *Hæc consultiissima, C. qui testam. fac. poss.* ponderando verba, *non potest,* quæ negant potentiam, ut in puncto advertit Raphael Fulgos. *conf. 99. super eo, n. 2. ergo non censetur habilitatus per facultatem generaliter concessa in hoc e. testandi coram Parocho, & duobus testibus.**

Et confirmatur, quia non deerratur solemnitati legali, nisi quatenus invenitur expressum, ut cap. *Ad audientiam, infra de decim. e. Ecclesia vestra, 2. secundo, in fin. sup. de elect. l. Sancimus, C. de test. l. unic. C. de inoff. dotib. & ita in proposito arguit Specular. in tit. de instrum. edit. §. *Compendiose, n. 11.**

Quarto, quatenus hoc casu lex civilis, & canonica invicem essent oppositæ, tamen in his, quæ merè spiritualia non sunt aut à spiritualibus non dependent, prout est testamentum cæci ad non pias causas, statutum juris civilis contradicens iuri Canonico observandum est in terris Imperii, iuxta Canoniam in terris Ecclesie, in quibus habet temporalem jurisdictionem ut notat Joan. Andr. c. 2. de reg. jur. lib. 6. in prima gloss. & in specie nostra Angel. *conf. 243. Panctus est, n. 5. vers. Et attendendum est,* nec Papa in his casibus potest tollere legem civilem, gloss. *hic in verb. Improbamus, hic, 99.* Nec forte potest tollere leges quantum ad eos, qui non sunt de sua temporali jurisdictione, arg. e. *Si dubus, de appell. & c. Novit, de iudic. Anchar. hic n. 8. vers. Præterea non videtur, & Imol. num. 10. M. noch. de praesumpt. lib. 1. qu. 80. n. 22.*

Non obstat, quod hoc cap. loquitur in materia peccati, eo quod letalis culpa sit non exequi rationabilem voluntatem defuncti, de qua certitudinaliter constat, cap. *Ultima voluntas, 13. quæst. 2. l. 1. C. de Sacros. Eccles. & consil.*



dem rationem falsitatis & fraudis vitandae habent leges requirentes numerum septem testium, ut *l. fin. Cod. de fidelit. com. ibi*, Lex etenim ne qui falsitatis incurrat per duos forte testes compositum testamentum, majorem numerum testium expostulat, ut per aptiores homines perfectissima veritas reveletur. Et tamen per hoc cap. declaratur irrationabilis & contra legem Divinam, sanctorum Patrum instituta & generalem Ecclesiae consuetudinem: Ergo eodem modo declaratur irrationabilis lex requirit octo testes in testamento cæci. Propterea ad hanc suspensionem falsitatis egregie respondet Host. supradictus in *2. lectura*, num. 41. & seqq.

Ac demum, ut eleganter inquit Bald. in *consil. 352. In panno juris*, in *prim. lib. 4.* ubi veritas, ibi solemnitas de jure Canonico, ut in *hoc cap. & in cap. seq.* Nam jus Canonice deservit Juri Divino & non humano & ambulat sicut Pædagogus Divinæ legis in justificationibus Divinis & sic Lex Civilis & Canonica se invicem non comparantur, ideoque servanda est Lex Canonica, ut ostensum est supra n. 133.

Ad tertium, de quo supra num. 94. respondetur negando minorem; nam cæcus non est inhabilis ad testamentum nisi de jure civili non servata forma illius, *l. Hac consultissima. q. 2. qui testam. fac. poss.* que tamen tanquam irrationabilis & repugnans juri Divini & naturali, nullus est robans & ideo non potuit cæcum inhabilitare.

Ad confirmationem positam, n. 97. similiter respondetur legem Canonice in hac materia non detrahere solemnitati juris civilis, sed declarare illius irrationabilitatem, ut sepius repetitum est.

Ad quartum, de quo supra n. 98. respondetur legem civilem requirentem numerum septem, vel octo testium ad validitatem testamenti, esse nutritivam peccati, ut ostensum est supra n. 124. unde in concursu ferri debet lex Canonica ubique locorum & tam in foro civili, quam in foro Ecclesiastico, ut similiter probatum est, supra num. 45. 49. 133. & seqq.

Nec obstat ponderatio Cornei; Imò enim qui non credit duobus, vel tribus testibus idoneis, habet conscientiam læsam, ut ostensum est supra num. 137. nec lex civilis potest eum ad peccatum excusare, ut similiter monstratum est supra numero 114. & numero. 139. & ad suspensionem falsitatis adequatè responsum est supra in secunda lectura n. 41. & seqq. ex dictis Host. nec applicatur simile de Regulo, qui non credit matri. Quoniam eo casu agebatur de testimonio unius tantum, cui etiam secundum Legem Divinam non est credendum; nam ut legitur *Deuter. 17. In ore duorum, vel trium testium peribit, qui interficietur*. Nemo occidatur uno contra se dicente testimonium & in cap. *Licet universis de testibus*, dicitur. Nulla est causa, que unius testimonio, quamvis legitimo terminetur; & nihilominus regulis ille summopere laudatur à Canonistis, ut per Marian. Socin. in cap. *Offici*, num. 9. infra de *penit. & remis.*

Noque obstat, quòd lex civilis possit Jus Divinum, vel naturale distinguere & illi detrahere, qua hoc negatur ut plene probavi in cap. *Quæ in Ecclesiis*, n. 142. supra de *Constitut.* & filius in cap. *Cum pridem*, n. 76. & seqq. de *penit.* Præterea hoc non esset distinguere, sed corrigere & destruere Jus Divinum & naturale, quod non potest Lex humana, Host. in *sum. de rescript. §. Quas vitæ habeat vers. Si sit destructiva Juris Divini*, nam Lex Divina præcipit, ut stetur ductus vel tribus testibus in quacunque materia, Lex autem civilis mandat, ut non stetur in testimoniis que sunt opposita, & conitat ex dictis num. 114. & num. 116.

Nec refragatur quòd Lex Canonica quandoque requirit majorem numerum, ut in cap. *Præful. qui 4.* ubi requiritur numerus septuaginta duorum vel quadraginta quatuor vel viginti septem testium ad damnandum Cardinalem Episcopum, Presbiterum vel Diaconum. Nam respondetur illum textum esse intelligendum, quando testes non sunt omni exceptione majores, secus si sint laudabiles vite ut declarat Gratian. in *§. fin. ead. caus. & qu. & Abb. hic num. 16.*

Ad vers. *Nec obstat*, Host. in cap. *Licet universis n. 3.* supra de *testibus*, & ibi etiam Joan. Andr. n. 4. vers. in *gloss. 3. facit Conc. Trid. sess. 13. cap. 7.* & cum Lex Divina non præscribat qualitatem duorum vel trium testium, bene potuit Lex Canonica declarare, ut in condemnando Episcopo Cardinali duo vel tres testes debeant esse omni exceptione majores alioquin requirantur septuaginta duo, ut sic numerus supplet defectum in re gravissimi momenti; ad gloss. in *l. Testium fides in verb. Numerus*, ff. de *testibus*, Prob. ad Joan. Monach. in c. 1. n. 7. vers. *Item idem operatur numerus*, eod. tit. lib. 6. Anton. Gabriël. de *testib. conclus. 6.* Cælar de *Gratias decis. 175. alias 5. numer. 8. & seqq. de sponsal.* vel dicas dispositionem d. cap. *Præful.* procedere de jura rigore, qui non est servandus secundum Host. & Joan. Andr. loc. cit. supra num. 145.

Nec obstat si replicetur, quòd ex hoc cap. minime requiratur, ut testes in testamento adhibendi sint omni exceptione majores, sed tantum ut sint idonei ut in littera. Nam respondetur Legem Canonice in testimoniis fuisse contentam ut testes essent simpliciter idonei. At in condemnando Episcopo Cardinali ob rei gravitatem non fuit contenta ut essent idonei simpliciter, sed amplius requisivit, ut essent majores omni exceptione, ut per Gratian. loc. cit. Quare præsupposita testium habilitate secundum quod Canones requirunt nullus datur casus, in quo de jure Canonice non sufficiant duo vel tres testes. Imò gloss. in d. cap. *Præful.* dicit duos testes sufficere etiam ad convincendum Papam & 148 idem dicit Abb. hic d. n. 16. Surd. *conf. 12. n. 32. & 33.* licet de illa glossa sit mirandum, ut dicitur in notis ad d. cap. *Præful.*

Nec prædictis refragatur text. in cap. *Licet universis*, supra de *testib.* in illis verbis: *Licet quædam sint cause que plures quam duos exigant testes*, quoniam text. non dicit plures, quam tres, sed plures, quam duos, innuens per hoc non esse quidem contra Legem Divinam, ut tres requirantur, quia Divina scriptura loquitur alternativè in ore duorum vel trium; & ideo ad Ecclesiam spectat determinare casus, in quibus duo non sufficiunt, sicut fecit in testamentis in quibus ultra duos testes voluit etiam Parochium esse adhibendum ut hic & latius dictum est supra n. 59. & n. 146. sed bene est contra Legem Divinam, ut requirantur plures, quam tres. Nec in hoc contradicit text. in d. cap. *Licet universis*. Imò ita est intelligendum, quia alioquin esset contrarius huic Decretali, quæ dicit esse contra Legem Divinam, ut septem vel quinque testes adhibeantur. Et expedit jura iuris concordare, cap. *Cum expedit de elect. lib. 6.*

Nec dicas cum Menochio supra citato num. 109. textum nostrum non dicere id esse contra legem Divinam, sed alienum à lege Divina, id est, remotum, seu præter divinam legem. Quoniam hæc expolitio repugnat litteræ, nam si impugnatio testamenti ob defectum solemnitatis in numero testium esset tantum præter, & non contra Divinam legem, malè hic fuisset damnata sub pena anathematis, quia quod est præter legem Divinam, non est peccatum, cum peccatum sit dictum, factum, concupitum contra legem Dei, ut dictum est supra num. 126. rectius igitur Hostiens. hic n. 4. exponit verbum, *alienum*, id est, contrarium, & ideo non servandum.

Non obstat ultimum, quòd cæcus nec ad pias causas testari possit, non servata forma *l. Hac consultissima, C. Qui testam. fac. poss.* secundum Card. supra citatum, num. 110. Quoniam oppositum tenet Alex. ibid. num. 14. Et quomvis Angel. in *lectura Perusina. ejusd. legis num. 4. vers. Idem dicam*, putet dict. l. *Hac consultissima*, non procedere in testamento cæci condito ad pias causas, quando relinquere pias & venerabilibus locis in quibus cessat suspicio falsitatis; secus si alius privatis personis pauperibus, quæ propter egestatem multoties solent ad delicta inclinari, tamen Alex. generaliter tenet dictam legem non habere locum in testamento cæci ad pias causas qualescumque personæ instituantur, cum in eis non attendatur prohibitio juris civilis, sed servetur jus gentium, cap. *Relatum*, infra eod. & cum eo transit ibi Jalon. n. 4. circa *fin. vers. Secundò limita.*

Ad confirmationem respondetur primò, negando antecessariè, quia plures & majoris autoritatis censent cæcum testari posse inter liberos coram 2. testibus ad præscriptum *l. Hac consultissima, §. Ex imperfecto, C. de testamen.* Et ita in specie concludit Bald. in *l. Hac consultissima, num. 2. C. Qui testam. facit poss.* Nam cum hæc lex specialiter loquatur in cæco, & illa specialiter in patre principaliter iudicatur lex, que in patre loquitur ratione favoris; & ideo hæc derogat illi, quæ loquitur in cæco; arg. enim, quæ notat Dyn. in cap. *Generi*, de *regul. jur. lib. 6.* Item inter liberos non cadit iuris falsitatis, cum succedant ab intestato, & cum Bald. consentiant ibi Ang. num. 4. vers. *Sed quid esset in patre*; Salicet. num. 9. Paulus de *Catr. in §. 1. n. 9.* Alex. num. 13. & Jaf. dicens communem num. 4. Quin imò Romanus quamvis oppositum sentiat, tamen fatetur opinionem Bald. esse requirentem, & sequendam, tum propter illius auctoritatem, tum quia non habet contradictionem; tum denique quia in dubio sequenda est opinio, quæ magis favet testamentis; *l. Si pars, ff. de iustiss. testam. cap. fin. supra de re iudicat.*

Respondetur secundò, negando consequentiam; nam etsi solemnitas *d. leg.* servanda esset in testamento inter liberos, non tamen inde sequeretur, ut esset servanda in testamento ad pias causas, quia in hoc tractatur de favore animæ & Religionis

intelligi etiam de legibus civilibus requirentibus numerum legione Divina, quæ carios est filius, ita dicit Bart. in *l. 1. n. 74. C. de jactis. Eccles.* de favore anime præponenda est favori liberorum *l. Sancimus, C. eod.* & sic magis favore testamento condito ad pias causas, quam testamento condito inter liberos, ut ex verbis Bart. dicitur Alex. in *l. Pactum quod dotale in 4. cod. Cod. de pactis*, quem sequitur Jalon. ibidem num. 18. Nec refragatur auctoritas Augustini supra citata num. 111. quæ procedit quantum ad legitimum filium debitam. Nam si quis vellet privare filios legitimam, illos exheredando, & instituire Ecclesiam, faceret contra officium pietatis, & Ecclesiam quæ est Pietatis mater, tale testamentum non admittitur, ut notat Bart. in *d. l. 1. n. 55. 60. 61.* & ibi declarat Jaf. num. 18.

Uterius quero, si ante statum Urbis cap. 49. tenoris infra scripti, videlicet inter cives, incolas, & districtales ubique ferventur Urbis statuta, nisi in loco districtali in casu contingenti aliter per particularia statuta fuerit provisum, & constituta non disponunt, serventur jus civile (nec immerito quando in hac Urbe Romana jura civilia ortu acceptaque sunt & ad alios populos diffusuræ & adhuc susceptæ benignè servantur) & ubi deficit jus civile, tunc ad Sacros Canones recurratur.

An testamenta condita in Urbe juxta dispositionem hujus cap. *Cum esset*, sustineantur necne, Rota in *causa Romana honorum de Stochis*, 27. Martii 1588. coram bon. mem. Hieronimo Pamphilio in propriis terminis statuti Urbis, resoluens testamentum non sustineri, verba decisionis hæc sunt.

Dixerunt Domini, quòd licet testes, qui inducuntur ad probandum descendendum, probent in dicto, quia omnes concludunt Petrum Stochium instituisse heredem universalem. Damianam suam matrem. & post ejus obitum Trojanum quæ agitur de nobilitate testimonio nuncupativo, in quo non sufficiunt quinque testes, sed ad illius probationem & validitatem septem requiruntur, *l. Si unus, l. Hac consultissima, C. de testamen. §. fin. infra eod. tit. cum vulgar.* Clarus in *§. Testamentum, quest. 56.* Neque posse subiliter ex dispositione, cap. *Cum esset*, de *testamen.* quia ut dicit Dec. *conf. 315. num. 115.* alias est *conf. 314. alias 316. in cap. Superioribus dictis, num. 7. vers. Non obstat*. non habet locum in Urbe, ubi adest statutum, quòd fervetur jus civile, quo statuto non est dubium, Petrum ligari, quia attenditur locum conditi testamenti juxta doctrinam Bart. communiter approbatam, in *l. 1. C. de Summi Trinit.* quam pluries secuta sunt Rota etiam in illis terminis in causa Bononiensi (de Solmeis) Hæclenus verba decisionis.

Eandem opinionem tenuerunt Magdal. de numero *test. in testam. requisit.* cap. 8. num. 24. 25. & 26. part. 2. Gratian. *discept. forens.* 223. num. 52. quos novissimè refert & sequitur Joan. Baptista Penzonius in *adnotationibus ad d. l. 1. n. 42. num. 3.* quibus addo Alex. *conf. 177. Vijo thomæ in 2. vers. quæ responsio lib. 2.* ubi item consuluit in terminis statuti Ravennæ à Sede Apostolica confirmati, quòd servari debeat jus civile quando est contrarium juri Canonico, imò voluit ibi Alex. hoc statutum valere etiam sine confirmatione Apostolica, quia populi subjecti Ecclesie Romanæ etiam quoad temporalem jurisdictionem possunt statuta condere contra jus Canonice servanda quoad ipsos latos, ut late firmat Abbas in *c. Quod Clericus, n. 45. de foro compet.*

Ergo vero exitimo hanc opinionem non esse veram, quia etsi de validitate statuti Urbis hæsitari non possit ex his, quæ tradit Alex. loc. cit. latem stante confirmatione Gregorii XIII. ex certa scientia, & cum causæ cognitione, ut in Bulla confirmationis incipit. *Urban Roman.* edita 8. Kalend. Julii 1580. tamen cum statutum *d. cap. 42.* non loquatur specificè de testam. sed generaliter de observantia juris civilis, debet declarari & limitari, ut locum non habeat in illis legibus, quæ sunt contra jus Divinum, & solvent peccatum. Neque enim credendum est omnium Pontificum statutum autorem, qui jus Divinum usque ad animam & sanguinem servare debet, cap. *Sunt quidam*, 25. *quest. 1. gl. in cap. A nobis*, de *decimis*, Abb. hic num. 8. *post. med. vers. Item Princeps*, & ejus officium est peccata extirpare, cap. *Novis*, *vers. Nullus qui sitjana metuit*, & ibi Anchar. num. 8. *suprà de iudic. gloss. 1. in Extravag. Ad onus*, Joannis XXII. de *election.* per generalia verba dicti statuti voluisse similitum legum observantiam præcipere. Sed leges civiles requirentes numerum septem testium ad validitatem testamenti sunt contra jus Divinum, quo scriptum est, *In ore duorum, vel trium testium sit omne verbum*, ut hic textus rotundus, qui cavillari non potest, & constat ex dictis in precedenti questione à num. 114. usque ad num. 121. & 127. Item solvent peccatum, ut late ostensum est supra à num. 124. usque ad num. 141. Ergo statutum Urbis in hujusmodi legibus locum non habet.

Præterea dictum statutum jubens inter cives Romanos & districtales servari jus civile, non extenditur ad illas

leges, quæ reperiuntur expressè correctæ, & abrogatæ per jus Canonice, ut in terminis statuti Urbis firmavit Rota in *causa Perusina honorum 20. Aprilis 1592.* coram Penia impressa post. consil. Farinac. *lib. 2. decis. 61. num. 2.* post Capram *conf. 70. num. 12.* adducens bonam rationem, quia jus civile correctum non dicitur amplius jus civile, *gl. 1. in l. final. & ibi etiam Bart. num. 1. ff. ad l. Corneli. de 167 fals.* Sed leges civiles irritantes testamenta cum pauciori numero, quam septem testium tanquam irrationabiles, & peccati nutritivæ sunt abrogatæ per hoc cap. secundum intellectum communem & veriozem, ut dixi supra in secunda lectura, num. 40. & 41. & fultus à num. 113. usque ad num. 117. Præferim in terris Ecclesie, secundum alium intellectum itidem communem, ut similiter dixi supra in tertia lectura, num. 46. & seqq. Ergo statutum Urbis ad illas leges non extenditur.

Undè videmus penas secundò nubentibus infra annum, 68 luctus à jure civili impostas, ut *l. 1. & 2. Cod. de secundis nupt.* tanquam sublatæ per jus Canonice, ut in cap. *Super illa*, & cap. *ultimo, de secundis nupt.* minime habere locum, 69 inter personas subjectas statuti Urbis, Rota *discept. decis. 65. num. 1.* Capra *d. conf. 70. num. 10.* Anton. Gabr. *Commua. Concl. in tit. de secundis nupt. conclus. 5. num. 1.* Similiter de jure civili ordinandi ad Sacerdotium debent aliquid offerre, 70 orinanti, & notario, ut in Auth. *de Sacerdot. Episc. 8.* Pro consuetudine. Sed de jure Canonico factus, quia est limoniacum, cap. *Sicut Episcopum, 1. quest. 2. & ibi notatur, cap. 1. de Simon.* Item de jure civili licet pecuniam accipere pro lute iudicando, *l. Ob turpem causam, ff. de condit. ob turp. caus. l. Sicut, ff. de præscript. lictus de jure Canonico quia peccatum est, gloss. in cap. Qui cum jure, in fine de fart.* Item consensus parentum de jure civili requiritur ad validitatem Matrimonii, *l. Nec filiam, C. de nupt. l. Nuptia, ff. de ritu nupt.* Sed secundum Canones non requiritur talis consensus, nisi de honestate, *l. 1. 22. q. 2.* Item de jure Canonico non est permittum jurare per creaturas, nisi ubi invenitur expressum, puta per Evangelium, per Altare, per Crucem, ut cap. *Considera, cap. Clericum, cap. habemus, & cap. Si aliquid, 12. q. 1. 2. Perveniat, 10. quest. 5. Sed de jure civili permittum videtur, *l. 2. §. fin. & l. seq. & l. Qui per salutem, ff. de iurjurand. d. item pupillus de jure civili non tenetur servare juramentum, l. 1. §. 1. C. de iuram. calama. auth. 173 Sacramenta Puberum, C. Si adversus vendit.* sed de jure Canonico tenetur si sit dolus capax, ac non servando peccat, cap. *Per tuas, de donat.* & notat in c. *Ea enim, §. Hoc jus*, in gloss. *ordinar. 10. qu. 1.**

Item in prescriptione de jure civili non requiritur bona fides, lege *Sicut in re, & lege Omnes, C. de præscript. 30. annor.* quòd tamen corrigitur per jus Canonice cap. *Si diligenti, de præscript. & capite finali cum ibi notis eodem titulo libro sexto* Item filiusfamilias secundum leges votò non obligatur, *l. 2. §. voto, ff. de pollicitat. secus de 176 cundum Canones, c. Honoratur, 32. qu. 2.* Demum alius ommissis de jure civili licitum est patri occidere adulterum in 77 flagranti crimine cum filia deprehensum, dummodò & ipsam filiam occidat, *l. Patri, cum tribus legibus sequentibus, ff. Ad l. Julian. de adulter.* Idemque in certis casibus licitum est marito, ut *l. Marito, ff. eod. & l. Græcum, C. eod. tit.* Sed hoc abominatur sacri Canones, ut cap. *Si non licet, 23. quest. 5. & cap. Inter hæc, cum tribus cap. seqq. 33. quest. 2.* Porro in his, & pluribus aliis casibus, quos cumulat Bart. in *tract. de differet. inter jus Canonice, & civile*, leges seculares tanquam involventes peccatum sunt abrogatæ, & damnatæ per jus Canonice, & consequenter nemo sani capitis dixerit illas fuisse innovatas ex verbis generalibus statuti Urbis, undè idem dicendum de legibus irritantibus testamenta ob defectum numeri testium, cum & hæc tanquam peccati nutritivæ sint abrogatæ per hoc c. ut prædixi.

Nec obstat, quòd statutum populi Romani fuerint confirmata à Gregorio XIII. in forma speciali. Quoniam ut formaliter responderet Rota in *præalleg. decis. 66. num. 2. vers. Et ex his quæque.* Confirmatio non dedit robur statuti loquentibus de jure civili, alias per jus Canonice correcto, atque ita jus civile etiam in materia testamentorum servabatur in illis casibus dimittatur, in quibus expressè per jus Canonice non apparet abrogatum, ut ibi per Rotam & latius in prædicta decis. & ratio est evidens, quia de natura confirmationis est non alterare statum rei confirmatæ; sed illius confirmare, aut ei robur adicere, remanentibus tamen omnibus in eisdem statu & terminis, lege *Aurelius §. Testam. ff. de liber. legat. cap. 1. & 2. de confirm. util. vel inutil. Bald. in l. c. in fin. C. Si adversus rem iudicat. Rot. de *discept. 175. num. 8. part. 5. recent.* & alias passim.*

Quòd si diceremus verba statuti Urbis, *d. c. 2. debere*

septem testium in testamentis: de validitate dicti statuti iure optimo debitori possit, quia ut distertis verbis dicitur in hoc cap. huiusmodi leges sunt contra ius Divinum. Sanctorum Patrum instituta & generalem Ecclesie consuetudinem: unde ut in proposito ipsarum legum dicit Abb. hic num. 8. Princeps etiam Papa si condit leges contra ea que dicit Dominus, non dicitur condere leges, sed potius convincitur errare, c. Sunt quidam, 25. q. 1. & contra statuta Patrum condere aliquid, vel mutare, nec prime Sedis potest auctoritas, dicit text. in c. contra statuta ead. caus. & quass. Item contra generalia Ecclesie consuetudinem & sic contra statutum generale Ecclesie Papa venire non potest gloss. in c. Per principalem, in ver. Ad nos, in fin. 9. quass. 3. & in cap. Litteras, in ver. Non potest, de rebus, spoliat. & in proposito Abb. hic num. 9. Propterea, ut idem inquit n. 30. Papa licet

à Deo receperit potestatem & dignitatem Pontificatus, non ex-ces potestatem peccandi, ut dicit text. in cap. 1. 40. dist. nam Vicarius non habet majorem potestatem & dignitatem Pontificatus, quam ipse Deus. Sed Deus peccare non potest, nec su. de Paris. dist. 2. ergo nec Vicarius debet hoc posse. Ad hoc text. optimus in cap. Scriptis 7. quass. 1. ibi & idem per nos fieri nullatenus potest, nec peccatum, &c. Et ita huiusmodi statuta non valere eleganter docuit Bald. conf. 285. Si quis iuris, col. 2. in fin. vers. Sed contra, lib. 3. dicens statuta & consuetudines locales requirentes in testamento numerum septem testium esse sublatas per hoc cap. Cum esset, quasi inducant peccatum & rebellent iuri divino, quia infringunt veritatem; magis tamen credo statuti verba ad practicas leges abrogatas non extendi ex defectu intentionis Papæ.



# DE TESTAMENTIS.

Idem Alexander III. Iudicibus Vellethren.

## CAPUT XI.

Relatum est, quòd cum ad vestrum examen super relictis Ecclesie, causa deducta, vos nisi septem vel quinque idonei testes intervenerint, inde postponitis iudicare: & infra. Mandamus, quatenus cum aliqua causa talis ad vestrum fuerit examen deducta, eam non secundum leges, sed secundum decretorum statuta tractetis, tribus aut duobus legitimis testibus requisitis, Quoniam scriptum est, in ore duorum vel trium testium stat omne verbum.

## SUMMARIUM.

- 1 Ultima voluntas ad pias causas coram duobus testibus valet, & n. 4. & 7.
- 2 Legata pia peti possunt coram iudice seculari, qui tenent causam decidere non secundum leges, sed secundum Canones.
- 3 Differentia sex inter hoc cap. & procedens cap. Cum esset & num. seq. usque ad num. 15.
- 4 Talis, dictio est restrictiva ad similia, & dissimilium exclusiva.
- 5 Ad pias causas valent non modò legata, & fideicommissa, sed etiam institutio hæreditis, de qua constat per duos testes & num. seq.
- 6 Testamentum est, in quo hæres instituitur.
- 7 Supplicationes ad Decretales non sunt permissæ, & qui supplet, corrigat.
- 8 Testes duo in testamento ad pias causas non sunt de solemnitate substantiali, sed probatoria, quæ potest adimpleri per aliquos & n. seq.

- 9 Testamentum ad pias causas scriptum manu testatoris, valet sine ullo teste.
- 10 Testamentum inter liberos scriptum vel subscriptum manu testatoris sine aliquo teste, valet quoad liberos, sed non quoad extraneos, nisi saltem duo testes intervenerint.
- 11 Testamentum ad pias causas coram duobus testibus, valet etiam in Terris Imperii & in foro civili.
- 12 Testes in testamento ad pias causas, non requiruntur ut sint rogati.
- 13 Regula Socii salò eidem tribuuntur.
- 14 Coccus an possit testari ad pias causas, non servata forma, lege hac consultißima, cod. qui testam. facere poss. remissivè.

Relatum. Valet ultima voluntas ad pias causas coram duobus testibus. Hoc dicit Joannes Andreas, Butr. Card. Anehar. Imol. Joan. de Anan. & est casus singularis secundum Abbatem. Dividitur in tres partes. Prima ponit factum reprehensibile, secunda corrigi mandat, hic. Mandamus. Tertia mandatum probat hic. Quoniam.  
Nota primò hic. Ad testium fuerit examen deducta, iuncta superscriptione, legata pia peti posse coram iudice seculari; ipsamque iudicem teneri huiusmodi causam decidere non secundum Leges; sed secundum Canones, ut in littera; & hic notant Butrius, Imola & Abbas in primo notabili.  
Secundò nota ex textu, sex differentias inter hoc caput & procedens caput cum esset: ex quibus habebis intellectum textus & explicationem materie.  
Differunt enim primò, quia hoc caput loquitur de ultima voluntate ad pias causas, ut patet hic super relictis Ecclesie; nec non hic cum aliqua causa talis; nam dictio talis est restrictiva ad similia & dissimilium exclusiva. Bald. in conf. 284. in lib. Esdræ n. 2. lib. 3. & ita hic tenent Joannes Andreas & ceteri in summario textus. Feder. de

Sen. in conf. 217. Factum tale est. Quidam nomine n. 2. vers. Cum ergò, Gemin. in conf. 49. super isto puncto, n. 5. Et hanc opinionem sequuntur omnes, nemine excepto, ut inquit Paris. conf. 51. Testamentum n. 1. lib. 3. sed caput procedens loquitur de ultima voluntate ad non pias causas. Et quamvis Bernardus hic in glossa prima & secunda & in capite precedenti in glossa tertia, Item glossa, Joan. Raimund. Barrol. & quidam alii senserunt etiam caput procedens loqui in relictis ad pias causas, tamen contraria opinio est venior & magis communis, ut optimè deducit Gemin. d. conf. 49. n. 5. & scripti pleniùs in eodem cap. in prima lectione n. 18. & in secunda lectione n. 42.  
Secundò differunt, quia hoc caput secundum aliquos loquitur in legatis & fideicommissis particularibus, ut innuitur hic super relictis Ecclesie; procedens verbò loquitur in testamentis & consequenter etiam in institutione hæreditis, que est caput & fundamentum totius testamenti, §. Ante hæreditis institut. de legat. & secundum Abbatem Anan. hic n. 1. Testamentum est in quo hæres instituitur; sed hæc differentia non est vera, quia etiam hæc Decretalis loquitur

de testamento ponderando illa verba septem idonei testes; nam numerus septem testium non requiritur nisi in testamento, ut lege fin. cod. de fideicommiss. cum concord. Undè per hoc caput valere non tantum legata; sed etiam institutionem hæreditis ad pias causas, de qua constat per duos idoneos testes, tenet Federicus de Sen. d. conf. 217. n. 2. vers. Cum ergò, dicens in hanc sententiam consentire quasi omnes opinionem in his Decretalibus recitatis.

Tertio differunt, quia ex precedenti cap. Cum esset, in testamento ad non pias causas ultra duos testes necessariò etiam requiritur presentia Presbiteri Parochialis, ut hic dixi n. 55. reprobandò lectionem Ant. de Butr. At verbò per hoc caput in testamento ad pias causas sufficienti duo testes, ut in littera hic duobus legit. testibus; & tenent omnes in summario textus. Neque enim admittendus est singularis intellectus Petri de Sampone qui in littera hic duobus, addebat præter Presbiterum ut sic non recedat à regula precedentis cap. Cum esset, prout eum refert hic Joannes Andreas n. 2. in fine. Exemim huiusmodi additiones & supplementationes ad Decretales non sunt permissæ, elem. Ne Romanus hic vel addi de elect. & qui supplet corrigat, ut in Aut. de non alien. in prin. Brixiens. in Repert. in verbo suppletio. Et hanc opinionem sequitur etiam Rota decif. 754. n. 6. Si certis annis sub n. 5. vers. Et tale relictam, cod. de pactis & conf. 131. n. 2. lib. 7. & Clar. in §. Testamentum q. 6. vers. Hinc inferitur & subdit hic Rota n. 7. & 13. hos duos testes non requiri pro substantia testamenti, sed ad probationem illius allegat Corn. conf. 215. n. 4. lib. 2. & conf. 307. videtur primò facit n. 6. lib. 3. & ex hoc singulariter inferitur ut valeat testamentum ad pias causas manu testatoris scriptum, etiam sine ullo teste; nam cum testes, ut prædixi, non sint de solemnitate substantiali sed probatoria: hæc solemnitas potest adimpleri per æquipollens, secundum ea que notantur in c. Tuz; & hic dixi n. 21. infra de sponjal. Ideoque qualitercumque appareat ultima voluntas ad pias causas, ita ut sit legitime probata, non est durandum an intervenierint testes, nec ne. Et ita in specie firmant Imol. in lege si his qui, ff. de testam. Com. d. conf. 307.

4. Idque ad exemplum testamenti inter liberos, quòd si sit scriptum manu testatoris vel aliena; sed manu ipsius testatoris subscriptum, valet sine aliquo teste quoad liberos, licet non quoad extraneos, nisi saltem duo testes intervenerint, ut est textus in §. Nos igitur, Aut. de test. imperf. & in Auth. Quòd sine, cod. de testam. & in Auth. Si modò de in lege ult. cod. famul. erciscund. & tenent Imol. Corn. & Tirac. loc. cit. & resolvit Rota d. dec. 754. n. 1. & per totam, parte primò diverf. Quod nunquam obliviscaris, quia est notabilis limitatio ad hanc Decretalem requirentem numerum duorum testium in testamento ad pias causas.  
Quartò differunt, quia hoc caput cum loquatur de relictis Ecclesie in quibus potestas Papæ non restringitur ad limites aliorum territorii, c. cunctis per mandam. q. 3. absque dubio servari debet non tantum in terris subiectis temporarii iurisdictioni Ecclesie; sed etiam in terris Imperii & tam in foro Ecclesiastico quam in foro civili, ut egregie probat Bart. in lege habeat n. 70. usque in finem, cod. de

Sacrof. Ecclesie. & hic tenet Imola in 2. not. dicens ita communiter teneri & Abb. n. 2. & 3. per ea que notantur in c. Ecclesia Sancte Maria de Constit. & in c. Quid Clericis de foro compet. & nullus discrepat. At verbò in testamento ad non pias causas conditum coram Parocho & duobus testibus ad præscriptum precedentis cap. cum esset valet in Terris Imperii & in foro civili: magno per alterantur Legitæ cum Canonistis, ut hic dixi in 2. & 3. lectione & in quaestione de testamento caci, à numero 113. usque ad numerum 157.

Quintò differunt, quia procedens caput restringitur ad testamenta que sunt in articulo mortis, quam tamen restrictionem non habet textus in presenti; sed hæc differentia non est vera, quia etiam caput procedens locum habet in quocumque testamento, licet condito extra mortis articulum ut hic dixi in 6. lectione n. 63.

Sexta & ultima differentia est, quia in testamento ad non pias causas condito ad præscriptum precedentis cap. cum esset: testes debent esse rogati secundum veniorem opinionem, ut hic dixi n. 17. at in testamento ad pias causas de quo loquitur hoc caput, talis solemnitas non requiritur; nam etiam Doctores nostri videantur sentire hanc Decretalem non providere in relictis ad pias causas, nisi respectu numeri testium; Ideoque Franciscus de Aretio consuluit testes esse rogandos; quia non debemus recedere à Jure Civili, nisi quatenus contrarium reperitur cautum de Jure Canonico. Tamen hoc reprobat Abb. hic n. 3. vers. Undè concludit. Et bene, quia licet questio hic fuerit proposita de numero testium, nihilominus in conclusione que magis est attendenda, Papa dat generalem doctrinam, ut hæc causa testamenti ad pias causas non tractetur secundum Leges; sed secundum Decretorum Statuta; & subdit Abbas ita hodiè communiter servari. Nec obstant illa verba, testibus requisitis, quia textus noster hic non intendit ut testes in ultima voluntate ad pias causas debeant esse requisiti seu rogati à testatore; sed verbum requisitis refertur ad Iudices & est sensus ut Iudices ad hoc ut possint iudicare pro relictis ad pias causas, debeant requirere ut fiat probatio ipsorum relictorum, saltem per duos testes, ut hic declarat Joannes de Imola n. 15. & post eum Alex. in conf. 131. super themate n. 2. lib. 7. subdens hanc opinionem esse approbatam & in Iudiciis & in Scholis, quam etiam communem esse attestantur Socini. in regul. 430. testes in testamento regulariter rogati esse debent in 2. fallen. quem refert Boer. dec. 34. n. 5. (licet reverà ille liber regularum falò tribuatur Socino, ut ex ipsius ore se habuisse testatur Socini. Junior ejus nepos in conf. 24. post n. 4. lib. 3.) Alios plures refert Julius Clarus in §. Testamentum q. 6. vers. secundò inferitur. In talibus enim cessat suspicio falsitatis, ut dixi in c. proximo n. 23. supra eodem.

Et quod dictum est de testibus rogatis, idem intelligas de muliere que in testamento ad non pias causas condito ad procedens caput non potest esse testis & tamen potest in testamento ad pias causas, ut hic dixi in 6. not. n. 34. 35. & 36.  
An autem coccus possit testari ad pias causas non servata forma, lege hac consultißima; dixi in eodem c. cum esset n. 110. & 151.

